




Analectes

ANALECTES

POUR SERVIR A

L'HISTOIRE ECCLÉSIASTIQUE

DE LA BELGIQUE


PUBLIÉS PAR

EDM. REUSENS, prof. à la fac. de théol. et biblioth. de l'Univ. cath. de Louvain

et J. BARBIER, curé à Liernu (Namur)

TOME XV — 1878

PREMIÈRE LIVRAISON



LOUVAIN
CH. PEETERS
Rue de Namur, 22

BRUXELLES
H. GOEMAERE
Rue de la Montagne, 52

TABLE DES MATIÈRES.

ANALECTES

POUR SERVIR A

L'HISTOIRE ECCLÉSIASTIQUE

DE LA BELGIQUE

ANALECTES

POUR SERVIR A

L'HISTOIRE ECCLÉSIASTIQUE

DE LA BELGIQUE


PUBLIÉS PAR

EDM. REUSENS, prof. à la fac. de théol. et biblioth. de l'Univ. cath. de Louvain

et J. BARBIER, curé à Liernu (Namur)


—

TOME XV — 1878



LOUVAIN
CH. PEETERS
Rue de Namur, 22

BRUXELLES
H. GOEMAERE
Rue de la Montagne, 52



Recueil de lettres adressées, pendant le xiv[e] siècle, aux papes et aux cardinaux pour les affaires de la principauté de Liége, communiqué par M. E. SCHOOLMEESTERS, doyen de Saint-Jacques, a Liége.

Les archives de l'ancienne église collégiale de Sainte-Croix, à Liége, forment une des plus riches et des plus complètes collections de ce genre que possède le dépôt des Archives de l'État, à Liége. Les nombreux cartulaires de cette collection sont une mine précieuse pour l'histoire tant politique que religieuse de la principauté. En parcourant le registre côté nº 2049, nous vîmes sur-le-champ qu'il contenait bien des documents intéressants. Formé d'une série de cahiers, de formats divers, il renferme des actes très disparates par leur nature et leur objet. Le registre s'ouvre par quelques feuillets en papier, sur lesquels se trouvent transcrites : 1° une charte sans date, émanée du clergé secondaire et intitulée : *De peculio reperiendo pro defensione privilegiorum cleri secundarii Leodiensis per modum solutionis unius nobilis aurei in receptione uniuscujusque canonici* ; 2° une ordonnance de l'évêque Jean de Bavière promulguant des lettres pontificales du pape Innocent VII (1404-1406) et approuvant les *receptionem, admissionem, remissionem, absolutionem, abolitionem, rehabilitationem, restitutionem, etc., in eisdem litteris apostolicis contentas.* Malheureusement le copiste a négligé de transcrire le texte de ces lettres, qui traitaient probablement de la réconciliation de Jean de Bavière avec le pape légitime.

A la suite de ces pièces se trouvent : 1° divers statuts de l'église de Sainte-Croix écrits sur parchemin et datés des années 1231, 1232, 1302, etc., jusqu'en 1345 (fol. 38 à 46) ; 2° divers statuts de l'église collégiale de Saint-Jean se rapportant à la même époque (fol. 46); enfin : 3° les *statuta, que ordinavit legatus de latere in ecclesiis civitatis Leodiensis x ·kal. novembris, pontificatus Innocentii anno decimo* (1252)[1].

Les feuillets suivants contiennent des documents de toute espèce, concernant les biens du chapitre de Sainte-Croix à Bovenistier, Visé, Amerires, Liers, Jupille, Slins, Nederheim, Russon, etc.; le texte du serment que l'évêque de Liége devait prêter, lors de son inauguration (fol. 88); une ordonnance concernant les maisons claustrales; la teneur de la paix de Fexhe (fol. 101); un obituaire de la collégiale de Sainte-Croix (fol. 121-142 v°); quelques pièces d'un procès (fol. 144-153); les *Statuta synodalia nova* du 22 novembre 1360; la *Reformatio curie Leodiensis, prepositi et archidiaconorum, seu jactus emendationis conceptus per deputatos ecclesie majoris et aliarum ecclesiarum civitatis et dioecesis Leodiensis, cum additamentis factis pro parte domini Leodiensis episcopi, Johannis de Bavaria*, portant la date : *m°cccc° quarto, mense decembris* (fol. 158-165 v°).

Enfin, l'inscription suivante annonce, au folio 174, une nouvelle catégorie de documents : *Copie litterarum missilium tam ad papam et cardinales singulos quam*

[1]) Ces statuts du cardinal-légat Hugues de Sainte-Sabine ont été imprimés par Martène et Durand.

ad cetum cardinalium super diversis negociis. Sous ce titre sont transcrites des lettres adressées aux papes d'Avignon, ou à leurs cardinaux, pour les affaires de la principauté et du diocèse de Liége. Le copiste a négligé d'annoter la date précise de ces lettres, mais nous pourrons réparer en partie cette fâcheuse omission, au moyen des noms propres et des faits historiques qui y sont rapportés. Ces lettres appartiennent à peu près toutes à la première moitié du XIV[e] siècle, tandis que la copie que nous avons sous les yeux semble dater du XV[e].

Leur objet est aussi varié que leur titre *super diversis negociis* l'indique : elles traitent de l'élection d'un abbé pour le monastère de Saint-Jacques, des réserves pontificales, de la vente de la ville de Malines, des affaires du comté de Looz, de difficultés avec le duc de Brabant et le comte de Namur, d'une présentation de candidats pour le siége épiscopal de Liége, du nonce du pape Jean de Forly, etc., toutes choses qui offrent de l'intérêt pour l'histoire et méritent d'être connues. Jean de Hoxem a inséré dans sa chronique une série de pièces diplomatiques d'une haute importance ; les lettres que nous publions complèteront la collection du célèbre chroniqueur.

E. SCHOOLMEESTERS,
Curé-doyen de Saint-Jacques, à Liége.

I.

L'église de Liége se plaint au pape des vexations exercées par le comte de Namur[1].

Vers la fin de 1319, éclata entre les Dinantais et les Bouvignois une querelle dont la lettre suivante nous révèle l'objet, et qui, peu après, fit éclater la guerre entre la principauté de Liége et le comté de Namur. Les hostilités commencèrent au mois d'avril 1320, et durèrent presque sans interruption jusqu'au 13 novembre 1322; et bien que la paix fût alors conclue, le clergé liégeois dut néanmoins intenter au comte de Namur un procès en cour de Rome pour le paiement d'une juste indemnité. Cette affaire fut définitivement réglée le 2 mars 1326[2].

La lettre que nous publions émane du clergé liégeois, et paraît avoir été écrite durant les hostilités, après les excès et les dévastations que les Namurois commirent vers la fin de l'année 1321[3]. L'église de Liége s'adresse au pape pour demander aide et protection contre les violences du comte de Namur, Jean de Flandre.

1322.

Sanctissimo patri et domino, etc., devotissima pedum oscula beatorum. Quotidianam Vestrae Sanctitatis instantiam ecclesiarum vacare remediis et quieti prospicere firmiter arbitrantes, miserabilem calamitatis angustiam, qua temporis hujus diffusa

[1]) Ce document est intitulé : *Notula super querimonia ecclesie Leodiensis de comite Namurcensi ad papam*.

[2]) Voyez St. Bormans, *Cartulaire du clergé secondaire*, nos 36 à 43.

[3]) « Nobis, qui sine dubio cordialiter de guerra dolemus. »

malitia undique nos valuit[1], eidem spe solaminis obtinendi decrevimus etsi non plene littera scribere, saltem aliquatenus crebris agitati singultibus aperire. Dudum siquidem inter quosdam de temporali districtu Leodiensis episcopatus necnon quosdam alios de terra comitis Namurcensis super juridictione dominii temporalis, quam queque partium predictarum suum dumtaxat dominum in quodam certo loco posse exercere dicebat, orta materia questionis[2], indeque postmodum, inimico homine superseminante zizaniam, inter reverendum dominum nostrum dominum Adulphum, Dei gratia Leodiensem episcopum[3], volentem cum suis hominibus patrimonium ecclesie Leodiensis et jura, pro quorum certe deffensione multa sustinuisse dinoscitur, tueri fideliter, ut juravit, dominumque Johannem de Flandria, comitem Namurcensem[4], et suos, guerra durissima subsequuta, idem comes, qui etiam ante guerram, velut semper, ecclesiasticis prerogativis ab olim infestus, tam ecclesiarum et monasteriorum bona diripere, quam in illos, qui ecclesiastica mandata per terram suam exequenda portabant, crudeliter plerumque consueverat desevire, nunc ex ipsa guerra grassandi per amplius occasionem assumens, adversus ecclesias et ecclesiasticas libertates toto malignitatis spiritu debachatur; nam, ut ex multis singulariter pretermissis ad presens pauca generaliter perstringamus, profecto nec bonis quorumdam ecclesiarum et monasteriorum ex nostris, infra terram dicti domini comitis consistentibus, domesticus prodest favor, nec eis, que alibi possidemus, defensionis cujusque presidium suffragatur, quum et illa pro libitu quasi sua recipiat, et ista similiter, oportunitate captata, violenter invadat. Et utinam hiis contentus, nil per suos satel-

[1]) Ne faudrait-il pas lire : *Qua temporis hujus diffusa malitia undique nos involvit?*

[2]) Il s'agit ici des querelles entre les communes de Dinant et de Bouvignes en 1320.

[3]) Adolphe de la Marck, évêque de Liége de 1313 à 1344.

[4]) Jean de Flandre, comte de Namur de 1297 à 1330.

lites et ministros deterius attemptasset! Nam et ipsi non solum pluresque nostras domos et grangias combusserunt, sed, quod est dictu terribile nec minus compassivum auditu, calcata prorsus omnium reverentia divinorum, quamplures ecclesias suis libris, vestibus sacris, calicibus, coclearibus et aliis ornamentis, necnon pixide, in qua tunc habebatur Eucharistie sacramentum, ausu sacrilego spoliantes, sex consecratas hostias in illa repertas ad perpetue sue damnationis interitum, derisorie quasi communicando sumere minime formidarunt, ecclesias ipsas et ymaginem Crucifixi nihilominus incendio funditus devastantes. Licet autem ob premissas injurias aliaque multa gravamina, quibus idem comes affligit ecclesias et ecclesiasticas libertates infringit, et que notoria sunt apud nos, tam ipse quam sui complices in hac parte sacrorum auctoritate canonum necnon Leodiensium synodalium statutorum excommunicati publice nuntientur, totaque terra dicti comitis ecclesiastico subjaceat interdicto, tamen ipse, cum aspide suas aures obturans, non vult intelligere, ut bene agendo a talibus resipiscat, quin ymo nonnullis execrandis sacerdotibus et ministris, inductis ad hoc forte terroribus vel promissis illectis, facit in multis ecclesiis terre sue damnabiliter per eosdem etiam coram se prophanari divina, non absque contemptu clavium et in enervationem ecclesiastice discipline. Quamobrem supplicamus humiliter Vestre Sanctitatis pietati, quatenus, premissis injuriis interna compassione pensatis, nobis, qui sine dubio cordialiter de guerra dolemus et qui, materialibus armis abjectis, ad preces habemus et lacrymas armorum loco recursum, de oportuno remedio misericorditer providere dignemini, dictoque comiti vel suis litteris sive missis de levi non credere, si forsan aliquando super istis ad se quomodolibet excusandum excusationes quereret in peccatis, presertim cum de superius enarratis plenaria possit fieri fides Vestre piissime Sanctitati, quam in pace longeva custodiat pacis auctor.

Fol. 176 v° et 177.

II.

Le chapitre de Saint-Pierre, à Liége, recommande au pape son doyen, Jean de Nucerio[1].

Vers 1324.

Vicedecanus et capitulum. Quum Beatitudinis Vestre clementie benemeritos quosvis acceptos arbitramur et gratiosos, venerabilem virum magistrum Johannem de Nucerio, decanum ecclesie sancti Petri Leodiensis[2], exhibitorem presentium, cujus a puerilibus exordiis usque ad profectiores annos ita per scolastice discipline stipendia cucurrisse dinoscitur omnis etas, ut post dudum adeptum, nedum in artibus sed in medecina, condignum cathedre magistralis honorem, jam in theologica facultate Parisiis statum bachelarii consecuto, deinceps et doctoratus insignia debeantur, Vestre Sanctitatis pietati tanto recommendamus cordialius, quanto verius in ipso scientie claritatem adeo morum honestas et vite perornat, quod ex omni parte cedit ad gloriam toti clero; humillime supplicantes, quatenus super hiis, que pro suis et ecclesie sue predicte negotiis Vestre Sanctitati diffusius explicabit, aures benevolas accomodans eidem, ipsum ad exauditionis optate gratiam admittere dignemini misericorditer super illis. Vestram autem benignissimam Sanctitatem Ecclesie sue sancte conservet Altissimus per tempora longeva.

Folio 179 v°.

[1]) Ce document est intitulé : *Notula supplicationis ad papam pro Johanne de Nucerio.*

[2]) Jean de Nucerio est cité comme doyen de Saint-Pierre en 1324 ; il était médecin, *physicus*, et chanoine de Sainte-Croix : il devint chanoine de Saint-Lambert (1338 et 1343) et archidiacre.

III.

Adolphe de la Marck, prince-évêque de Liége, demande au pape le pouvoir de relever les Liégeois de l'interdit[1].

En 1324, la guerre civile désolait la principauté de Liége. Le prince-évêque, s'étant transporté à Huy, fulmina, le 24 février 1325, l'interdit contre la ville de Liége.

Les hostilités et les dévastations continuèrent pendant trois années, jusqu'à ce que la paix fût conclue à Wihogne, le 4 octobre 1328.

La lettre que nous publions est postérieure à la paix de Wihogne. Adolphe de la Marck, prince-évêque de Liége, demande au pape les facultés nécessaires pour relever les Liégeois de l'interdit et pour les absoudre de tous les crimes commis et de toutes les censures encourues.

Après le 4 octobre 1328.

Significat Sanctitati Vestre ADOLPHUS, humilis Leodiensis episcopus, quod idem dudum propter multas et graves injurias, quas magistri, jurati totaque communitas civitatis Leodiensis in enervationem paulatim omnimodam utriusque dominii, quod idem episcopus habere dignoscitur in civitatem predictam, necnon in multiplicem lesionem ecclesiastice libertatis, a longis retro temporibus, presumptione dampnabili patenter admittere et continuare notorie non cessabant, magistros et juratos hujusmodi nedum denuntiavit et denuntiari mandavit tam a jure quam auctoritate provincialium et synodalium Leodiensium statutorum excommunicatos, necnon civitatem eccle-

[1]) Ce document est intitulé : *Notula de impetrando per episcopum Leodiensem relaxationem interdicti a papa.*

siastico suppositam interdicto, sed et in eosdem magistros ac juratos excommunicationis, et in predictos civitatem et locum propter hoc interdicti sententias auctoritate sua ordinaria promulgavit. Quibus quidem sententiis, licet universaliter totus clerus Leodiensis, merito parvipendens ut frivolam appellationem pro parte civitatis et civium contra sententias et processus hujusmodi ad Sedem Apostolicam interjectam, parere studuerint et adhuc pareant reverenter, ipsi tamen cives, pretextu hujusmodi appellationis suum pallfiantes errorem, per duos de curatis ecclesiarum parochialium civitatis ejusdem et nonnullos alios conductitios presbiteros peregrinos non solum sibi fecerunt prophanari divina, verum etiam, pene omnibus aliis curatis sive rectoribus aliarum parochialium ecclesiarum civitatis ejusdem servantibus interdictum extra civitatem per eos irreventer expulsis, ac in eorum ecclesias dictis prophanis intrusis, receperunt ab eis ecclesiastica sacramenta, facientes mortuos suos, etiam aliquos excommunicatos nominatim, per prophanos hujusmodi, tam infra nonnullas dicte civitati ecclesias propter hoc violatas et fractas, quam in eorum cimeteriis sollempniter et publice sepeliri; ac districte mandarunt universis et singulis personis dicte civitatis, certis penis adjectis, quod divinis et sepulturis hujusmodi interessent, nec ecclesiastica sacramenta reciperent, nisi dumtaxat a prophanantibus supra dictis; nec contenti premissis, de appellationis sue remedio diffidentes, manum ad gladium converterunt, motaque dura guerra per eos, tam prefatum episcopum quam fautores et adjutores ipsius cujuscunque status, gradus aut ordinis, hostiliter persequentes, etiam in personam ejusdem episcopi, querentes ipsum extinguere, non sunt veriti manus injicere temere violentas. Et quamvis binos jam passi conflictus[1], contritio et infelicitas eis occurrerint, nunquam tamen viam reconcilia-

[1]) Ces combats eurent lieu au mois de mai 1328 aux alentours de Huy.

tionis et pacis cognoscere voluerunt, donec ei, qui habitans in excelsis humilia respicit et superbis reddit opportune mercedem, ipsos humiliare complacuit sub manu sua potenti; multiplicatis enim ad ultimum infirmitatibus et ruinis potentatus eorum, eisque tertio[1], sicut et anthea, non tam viribus humanis quam divinis auxiliis quasi miraculose prostratis, acceleraverunt ad pacem. Post multa vero discrimina hujus pestis nonnulli, tam prelati quam principes et barones, inspirante pacis auctore, certam pacem inter partes ipsas ordinare curarunt, quam, datis mutuo super ipsius observatione certis litteris et sigillis, gaudet ad presens tota Leodiensis patria stabilitam[2]. Quum autem preter insolentias supradictas circa violationem interdicti predicti commissas et violentos excessus in personam ejusdem episcopi perpetratos multi casus occasione dicte guerre contigerint, propter quos, quum de jure communi tum etiam quia Vestra Benignitas per suas certi tenoris litteras[3] dudum ad se totum litis sive dissentionis predicte negocium revocavit, est ad Sedem Apostolicam pro opportunis remediis recurrendum, ut pote cedes, mutilationes, lesiones et captiones tam clericorum et religiosorum quam laycorum, insuper violationes et effractiones ecclesiarum earum et aliarum domorum, et grangiarum ecclesiasticarum et secularium destructiones, incendia et ruine, spoliationes et invasiones et rapine tam bonorum ecclesiarum et ecclesiasticarum quam secularium personarum, supplicat eidem Sanctitate Vestre dictus episcopus, ut misericorditer concedere sibi dignemini plenariam facultatem, postquam de premissis injuriis, violentiis atque dampnis passis eisdem satisfactum fuerit competenter, non solum juxta formam Ecclesie relaxandi interdicta premissa, et a predictis

[1]) A la bataille d'Oreye du 25 septembre 1328.

[2]) La paix fut conclue à Wihogne le 4 octobre 1328.

[3]) Les lettres du pape Jean XXII sont du 31 juillet 1327; voyez Chapeaville, *Gesta pontificum*, II, p. 389.

excommunicationis sententiis absolvendi, sed et, tam per se quam per alios, omnes et singulos suos subditos, tam vivos quam defunctos, si tamen decesserint penitentes, satisfactione debita precedente, similiter absolvendi, prout singulis opus fuerit, ab omnibus reatibus, processibus et sententiis, quos et quas incurrisse noscuntur pro casibus supradictis, vel aliquo eorumdem, aut aliis quibuscunque commissis vel secutis ex guerra quomodolibet vel ob eam, communiter vel divisim, et eis singulis injungendi penitentias salutares, ac etiam dispensandi similiter juxta formam Ecclesie super receptis, ut dictum est, ab eis illicite medio tempore quibuslibet ecclesiasticis sacramentis, et adeptis indebite ecclesiasticis sepulturis, non obstantibus tam revocatione predicta quam aliis constitutionibus contrariis quibuscunque.

Fol. 178.

IV.

Le chapitre de Saint-Lambert demande au pape de ratifier la vente de la ville de Malines[1].

Le 18 mai 1333, l'évêque de Liége Adolphe de la Marck avait vendu la ville de Malines à Louis, comte de Flandre. Le chanoine de Saint-Lambert Antoine de Bugella fut envoyé à Avignon pour obtenir du pape Jean XXII la confirmation de la vente. La lettre que nous publions fut écrite par le chapitre de Saint-Lambert au même pape (puisqu'elle lui rappelle la mission confiée à Antoine de Brugella), pour le même objet,

[1]) Ce document est intitulé : *Notula ut papa confirmare velit venditionem de Mechlinia.*

[2]) Balusius, *Vitae paparum Avenionensium*, II, col. 549; David, *Geschiedenis van de stad en de heerlykheid van Mechelen*, bylage n° XVI.

après que le comte de Flandre eut déjà fait le relief de la ville de Malines (28 juillet 1333) : *Quum jam factum ecclesie Leodiensis ab ipso comite Flandrensi homagium et prestitum fidelitatis debite juramentum.* Elle doit être antérieure à la mort de Jean XXII qui arriva le 4 décembre 1334.

1334.

Sanctissimo in Christo patri et domino, etc., capitulum Leodiense etc. devotissima pedum oscula beatorum. Multipharie multisque modis hucusque, videlicet scriptis et nuntiis et presertim per venerabilem virum dominum Anthonium de Bugella, nostrum concanonicum, reverendus in Christo pater et dominus dominus Leodiensis episcopus nosque secum explicare studuimus Vestre sanctissime Pietati, quanta necessitas et quam urgens nos dominium temporale, quod in villa Maghlinia, Cameracensis diocesis, habebamus, in magnificum principem et potentem comitem Flandrie, sub certis tamen modis et pactis nobis et ecclesie nostre predicte evidenter utilibus, et condigna nichilominus summa pecunie mediante, transferre coëgit. Villa namque predicta sic adversus Leodiensem ecclesiam jam dudum erexerat pro debita subjectione cervicem, sic eidem pro fidelitate perfidiam rependebat et contumeliam pro honore, ut non jam ejusdem ecclesie filia sed privigna, non devota sed hostilis et noxia merito censeretur effecta. Quamvis enim hactenus duces Brabantie nichil juridictionis aut juris habuerint in eadem, quemadmodum etiam pater hujus coram multis adhuc viventibus publice recognovit, tamen homines dicte ville, preter et contra beneplacitum ecclesie Leodiensis et scitum, duci, qui nunc est, sub quorumdam interventu pactorum ita sua colla submittere presumpserunt, ut nedum eidem adversus externas nationes frequenter in armis assistere, sed et patriam Leodiensem, quam potius contra omnem hominem deffendere tenebantur, ad

ipsius ducis instinctum aliquando vastare temptaverint, et armata manu plerumque hostiliter invadere fines nostros, in tantum quod patria Leodiensis, que ante confederationem dicte ville cum duce sola plures obtinuit contra Brabantinos eidem ex more semper infestos, Deo suffragante, triumphos, adaucte non modicum per confederationem hujusmodi potentie dicti ducis modernis temporibus nequivisset quandoque resistere, quin ex potentia, predis et cedibus, exterminio forsan omnimodo patuisset, nisi divina clementia prefatique nostri pastoris animosa strenuitas occurrisset. Ad veritatem itaque premissorum, Pater sanctissime, convertentes apostolice considerationis acumen, prefatum contractum tam necessario initum ac pro ecclesie Leodiensis et patrie nostre tutela tam utiliter ordinatum, quem pars ducis et homines dicte ville, non solum apud Vestram Sanctitatem, sed et apud dominum regem Francorum et regni majores laborant infringere viis et modis, quibus possunt, non sinat Vestra Clementia retractari, quum jam factum ecclesie Leodiensis ab ipso comite Flandrensi homagium et prestitum fidelitatis debite juramentum pro dicta villa Maghlinia, quam idem comes ab ecclesie Leodiensi relevavit in feudum. Sicut enim homines Maghlinienses hactenus erraverunt ab utero Leodiensis ecclesie, sue matris, sic, ut fertur, adhuc non cessant adicere falsa loqui, dicentes oriri debere graves dissentiones et scandala, bonumque pacis, et per consequens terre sancte passagium impediri, nisi contractus hujusmodi rescindatur. Nos sub propriis juramentis atque periculis animarum singulorum ex nobis unanimiter contestamur, quod,quemadmodum contractus ipse, si stet et manserit, causam dabit inter patriam Leodiensem et ducem hujusmodi tranquillitatem et pacem[1], ita procul dubio, si, quod absit, retractetur aut forsitan immutetur, augebitur per hoc potentia dicti ducis, provocatusque ex pluribus victoriis de gente Bra-

[1]) Lisez : *tranquillitatis et pacis.*

bantinorum per gentem patrie Leodiensis temporibus suorum progenitorum obtentis, invadet et destruet terram nostram; cujus certe contentionem et excitationem omnimodam ipse gerere manifeste videtur in votis, prout alias etiam satis adinventa per eum novitas, procurando videlicet in suo ducatu novum episcopum, comprobavit[1]. Quamobrem, Pater clementissime, filie vestre devote Leodiensi ecclesie ac totius ejus terre, quas hucusque favorabiliter confovistis, tam expressis et promptis periculis pietate solita misericorditer precaventes, providere dignemini, quod prenominatus contractus non pereat, sed procedat maneatque perpetua firmitate subnixus. Vestram autem sanctissimam Pietatem longeve conservet et custodiat Jhesus Christus. Datum, etc.

Folio 177.

V.

Lettre du chapitre de Saint-Lambert adressée au pape Benoît XII touchant les affaires de Looz[2].

Louis, comte de Looz, étant mort sans enfants le 22 janvier 1336, le chapitre de Saint-Lambert prétendit que le fief de Looz devait faire retour à l'église de Liége. Thierri de Heinsberg, neveu et légataire du comte, s'opposa à cette prétention, et se mit en possession du comté. Dans la lettre que nous publions, le chapitre de Saint-Lambert s'adresse au pape Benoît XII pour obtenir la confirmation de ses droits.

[1]) Le fait que le chapitre impute ici au duc de Brabant est aussi mentionné par l'historien de Dynter : *L'evesque de Liége avoit présenté au roi de France ses complaintes... entre lesquelles une, qui plus le poignoit, estoit que le duc avest fait traiter à Rome pour avoir évesque particulier pour ses pays.*

[2]) Ce document est intitulé : *Notula de comitatu Lossensi ad papam ex parte capituli majoris.*

1336.

Sanctissimo in Christo, etc., devotissima pedum oscula beatorum. Leodiensis ecclesia supradicta devotione sedula reminiscens, quovis hactenus articulo, necessitate urgente, sibi semper Sedis Apostolice, sue matris, presidium affuisse, quamdam nimirum exinde sumit audaciam filialem ad Sedem ipsam humiliter recurrendi, quotiens rerum cursus et tempus id exposcit. Quamobrem, Pater beatissime, Vestram scire cupimus sanctissimam Pietatem, quod quamvis, viro magnifico domino comite Lossensi novissime sublato de medio, comitatus ipse, quem idem Ludovicus ab ecclesia tenebat in feudum et quem inclite memorie dominus Henricus tertius, rex Romanorum, utpote verum et proprium feudum imperii, cum superioritate directi dominii et omni jure, quod cogitari posset aut scribi, olim ecclesie Leodiensi pia largitate concessit et in eandem ecclesiam transtulit, nichil sibi vel imperio juris in eodem feudo retento, prout in privilegiis imperialibus atque regalibus, que in ipsius ecclesie conservantur archivio, plenissime continetur, per mortem dicti Ludovici, qui absque legitimis ex suo corpore liberis noscitur decessisse, sit virtute concessionis et translationis regalium predictarum, tam de juri communi quam de consuetudine speciali dicti imperii hactenus irrefragabiliter observata, et in contradictorio curie regalis obtenta, multotiens ab ipsius regni paribus approbata, ad sepedictam ecclesiam devolutus; quia tamen, sicut venerabilis vir dominus... talis[1], noster concanonicus, de singulis hujus rei circumstantiis plenius informatus, auribus Vestre Sanctitatis exponet. Nonnulli enim ex latere dicti defuncti comitis, consanguinei seu nepotes, ex successione hujusmodi sibi vindicant comitatum, et precipue nobilis vir et potens

[1]) Il s'agit ici d'Antoine de Bugella, envoyé à Avignon vers le milieu du mois de mars 1336, comme l'atteste Jean de Hoxem ; voyez CHAPEAVILLE, *Gesta pontificum*, II, p. 430.

dominus talis[1], filius quondam primogenite sororis comitis sepedicti, comitatum ipsum, quamplurium in hac parte principum vicinorum auxilio confortatus, etiam, si oporteat, violenter usurpare disponit, in enormem nostri juris et dicte Leodiensis ecclesie lesionem. Nos ad apostolice pietatis asilum consueta fiducia recurrentes, humillime supplicamus, quatenus hiis, que prefatus talis super multimoda perplexitate nostra vobis aperiet, solita pietate pensatis, dignemini nobis auxiliis juxta rei exigentiam oportunis assistere, ac Leodiensem ecclesiam, Apostolice Sedis alumpnam, in suis juribus confovere. Sicut enim principes nostri temporis seculares, quasi communiter imprecationes davidicas non curantes, satis, proh dolor, hodie parati sunt velle sanctuarium Dei hereditarie possidere, sic persone ecclesiastice, quibus data Dei hereditas est in sortem, non possunt conscientia salva negligere, quin, sicut Vestra Benignitas plene noscit, etiam usque ad effusionem proprii sanguinis hereditatem hujusmodi, necesse sit, deffensione[2]. Ceterum super contractu dudum inito per nos de villa Maghliniensi cum comite Flandrie, super quo dictus talis vos, Pater sanctissime, dudum, cum adhuc locus bassior vos teneret[4], specialiter informavit, eidem talem adhibere dignemini fidem credulam in dicendis. Vestram autem Beatitudinem Jhesus Christus Ecclesie sue sancte longeve conservet.

Fol. 177.

1) Thierri de Heinsberg.

2) Lisez : *Si necesse sit, defendant.*

3) Antoine de Bugella fut donc à Avignon une première fois, lorsque Benoît XII n'était pas encore monté sur le Siége Apostolique (20 décembre 1334) : *Cum adhuc locus bassior vos teneret.* Il y retourna en 1336. Voyez aussi la lettre précédente.

VI.

Lettre adressée par des religieux du duché de Brabant au pape Benoît XII[1].

Le duc de Brabant et de Limbourg, Jean III, se trouva, dès le commencement de son règne, dans de grands embarras financiers, qui s'accrurent encore à la suite des guerres fréquentes qu'il eut à soutenir. Pour se procurer l'argent dont il avait besoin, il imposa de lourdes contributions à son peuple, et les monastères eurent à supporter des charges considérables. Les religieux du duché de Brabant s'adressèrent au pape Benoît XII (1334-1342), pour se plaindre de ces exactions, et lui députèrent à cet effet l'abbé de Bonne-Espérance et quelques autres religieux. La lettre suivante a trait à cette affaire.

Entre 1334 et 1342.

Sanctissimo in Christo Patri domino domino Benedicto, divina providentia sacrosancte Romane ac universalis Ecclesie summo pontifici, talis et cetera devotissima pedum oscula beatorum. Cogente prorsus importabili mole gravaminum diversorum, quibus princeps illustris dominus Johannes, Brabanticus, Lotharingicus et Limburgensis magnificus dux et potens, aliquorum forsan sequens in hac parte consilium, quos ut plurimum tradit antiquitas, ecclesiasticis opido personis infestos, tam ecclesias et monasteria terre sue, quam alias in suo districtu bona seu possessiones habentes, angariis, talliis, impositionibus et collectis hactenus affecisse dinoscitur et

[1]) Ce document est intitulé : *Notula super queremoniis religiosorum de Brabantia de duce Brabantie ad papam.*

afficere non desistit, venerabilem patrem dominum abbatem monasterii Bone Spei, ordinis Premonstratensis, diocesis Cameracensis, una cum quibusdam aliis ex parte regularium prelatorum monasteriorum et ecclesiarum hujusmodi gravatarum, nuper ad Beatitudinis Vestre pedes recolimus fuisse transmissos, videlicet ut, per eos premissis gravaminibus Apostolice Sedi diligenter expositis, Vestra Benignitas, super afflictos viscera pia gestans, ad illa clementer apponeret remedium oportunum. Cum autem domino duci predicto, quemadmodum hiis diebus satis inde commotus nobis exposuit, sit noviter intimatum, quod procuratores et nuntii supradicti, in Sanctitatis Vestre presentia constituti, ipsum, ut obtenta venia sic loquamur, dyabolum nominaverint, suamque presumpserint certis aliis contumeliis suggillare personam, certe miraremur admodum, si sic esset, quin ymo nullatenus credimus ita esse, videlicet quod viri tam circumcisi labiis et sermone modesti, preter omnium et singulorum eos mittentium propositum et mandatum, in talia, presertim in auribus apostolice majestatis, tam temere prorupissent. Fuit enim et est omnium, a quibus missi noscuntur, intentio non quidem inflammare per eos contra personam dicti domini ducis Vestre Pietatis animum ad rigorem, sed contra premissa gravamina cum debita mansuetudine tale remedium optinere, quod ipsi, sub domini ducis predicti districtu tranquille degentes, tam pro ipsius domini ducis salute suorumque progenitorum, quam pro statu pacifico totius terre sue, possint quietis conscientiis apud Deum effundere juges preces. Ad quod, Pater sanctissime, cito dignetur intendere Vestra Clementia solita pietate; quam longeve conservet Altissimus Ecclesie sue sancte. Datum, etc.

Folio 176 v°.

VII.

Le chapitre de Saint-Lambert fait l'éloge de Jean de Forly, nonce du Saint-Siége[1].

L'évêque de Liége, Adolphe de la Marck, eut, en 1343, des démêlés avec la ville de Huy, au sujet de la monnaie. Les Hutois eurent recours au duc de Brabant et firent une alliance avec lui, le 4 mai 1343. De commun accord l'évêque, la ville de Huy et le duc de Brabant confièrent leurs différends au jugement de deux arbitres : Guillaume, comte de Hainaut, et Jean, sire de Beaumont. Les arbitres prononcèrent leur sentence le 8 août 1343[2].

La paix ne fut pas sitôt conclue qu'elle fut violée par les Hutois ; car, lorsque le légat du pape, Jean de Forly, vint à Liége le 30 septembre 1343, l'évêque se plaignit à lui de la révolte des Hutois. Le légat excommunia le magistrat de Huy et le duc de Brabant, et mit en interdit cette ville et le Brabant.

La paix fut renouvelée le 8 novembre 1345[3].

Dans la lettre que nous publions, le chapitre de Saint-Lambert expose au pape Clément VI les services que le nonce Jean de Forly lui avait rendus dans cette affaire.

[1]) Ce document est intitulé : *Notula super recommendatione domini Johannis, episcopi, Apostolice Sedis nuntii, ad papam.*

[2]) SCHOONBROODT, *Inventaire des chartes du chapitre de Saint-Lambert, à Liége*, nos 635 et 636.

[3]) *Paweilhars* de la bibliothèque de l'université de Liége, n° 545, fol. 236 v°.

Octobre 1343-1344.

Pater beatissime.

Sacrosancta Romana, cui, disponente Domino, presidetis, Ecclesia materne dilectionis affectum, quem ad nos et patriam nostram totam, tanquam ad peculiares suos gerit, pio, siquidem hisce diebus declaravit effectu, dum, audito nuper, quod opidani Hoienses, membrum certe non mediocre terre nostre, federe cujusdam alligationis cum magnifico principe Brabantie duce contracto, a domini sui, veri videlicet domini, Leodiensis episcopi, subjectione se velle subtrahere videbantur, Vestra Benignitas id equanimiter ferre non valens, ilico reverendum in Christo patrem dominum Johannem, Dei et Apostolice Sedis gratia Forliviensem episcopum, utpote specialem nuntium dicte Sedis, tam ad partes Brabantie quam ad nostras non distulit destinare, qui scilicet, prius dicta confederatione disrupta, converteret cor patris ad filios, et per debitam obedientiam subjectorum inter eos et dominum suum verum unionis et pacis vinculum reformaret. Quum igitur idem nuntius seu legatus apostolicam missionem sic sagaciter, sic solerter, etsi non plene valuerit, tamen pro posse studuerit adimplere, nunc scilicet mansuetudinis utendo remediis, nunc antidota subjungendo rigoris, propter cujusque potentiam de contingentibus nil omittens, quod exinde meruisse dinoscitur apud Deum et homines honorem et laudem, ipsum recommendamus attentius Vestre sanctissime Pietati, cui nichilominus gratias referimus devotas et humiles super eo, quod ad conciliationem nostram et patrie huc destinare dignata est talem virum. Propter quod etiam zelum devotionis, quem ad Sedem Apostolicam semper habuimus in nostris cordibus, excrevisse magis magisque sentimus. Jhesus Christus, qui vos in terris voluit habere vicarium, Vestram Beatitudinem longeve conservet incolumen et felicem. Datum, etc.

Fol. 179 v°.

VIII.

Lettre du clergé liégeois au pape Clément VI à propos d'une visite canonique.

Le pape Clément VI (1342-1352) avait, paraît-il, conféré à l'évêque de Liége le pouvoir et le soin de faire une visite canonique des églises cathédrale et collégiales de son diocèse, ainsi que de toutes les personnes attachées aux chapitres. L'écrit que nous publions ci-dessous est un projet de lettre pour prier le pape de revenir sur sa décision[1].

1342-1352.

Rationes contra visitationem, quam papa Clemens VI facere intendebat, sunt iste, que sequuntur :

Si solum animarum salus attenditur, si, ut cleri mores difformes et discoli reformentur in melius et sui corrigantur excessus, optatur, procul dubio non est opus, presertim in nostris terminis nec apud nos, ut super hujusmodi reformationibus solito diligentius exequendis ordinariorum sollicitetur officium, vel amplior sive major episcopis demandetur auctoritas visitandi, nisi forsitan, ut levando in pecunia numerata procurationes et pastus seu caritativa pabula marsupia mi-

[1]) Dans le même registre 2049, fol. CLVII, à la suite des *Statuta synodalia nova*, du 22 novembre 1360, se trouve la note suivante, qui se rapporte à une difficulté analogue à celle qui est mentionnée ici : « Anno 1360 a sancta Sede Apostolica littere et processus emissi fuerunt, et late sunt in universos subditos per archiepiscopum Coloniensem et episcopum Leodiensem exequende contra difformitatem et inhonestatem status et morum cleri dictarum partium ; et ipse clerus, mallens seipsum corrigere, quam contra libertates suas corrigi et visitari suos et statum reformavit secundum tenorem et formam statuti super hoc editi, ut declaratur ad longum in magno libro, fol. 371. »

nistrorum visitationum hujusmodi repleantur. Canonicorum namque, capellanorum atque coralium, tam majoris quam col legiatarum Leodiensium ecclesiarum, hactenus per singulos singularum ecclesiarum ipsarum decanos et capitula communiter vel divisim, a tempore, de cujus contrario memoria non existit, corrigi consueverunt, et ita per eos solum, et in solidum quotienscunque necesse est, corriguntur. Quod nullus unquam Leodiensis episcopus in prefatis ecclesiis exercuit visitationis vel cujusvis correctionis officium, nec etiam ab eisdem procurationem aliquam habuit vel exegit, salvo si cognito per ipsum capitulum et comperto, persone cujusquam dictarum ecclesiarum excessum adeo gravem existere, quod ejus enormitas mereatur privationem beneficii sui vel penam aliam graviorem; hanc siquidem ad denuntiationem ejusdem capituli contra talem episcopus exequi consuevit. Similem etiam consuetudinem quasi communiter habent et servant singule collegiate ecclesie diocesis Leodiensis seculares, per se videlicet corrigendi personas omnes et singulas ad sua collegia pertinentes, similique gaudent cum collegiatis ecclesiis civitatis quantum ad hoc libertate, nisi quod in quibusdam ex ipsis ecclesiis Leodiensis episcopus aut specialiter vocatus ab eis, aut propter vehementem infamiam contra personam aliquam laborantem, quandocunque proprio suo motu visus est visitasse, quasdamque ibidem tunc correxisse personas. Residuum vero generaliter clerum totum, tam seculare quam etiam regulare, predictarum civitatis et diocesis, vel archidiaconi, vel prepositi, sive seculares vel regulares abbates et alii immediate prelati, singulis saltem annis et crebrius, si sit opus, singuli eorum singulos sibi subditos curant assidue tam studiose corrigere quam solerter. Quoad correctionem talium pleniorem, etiam si sequatur episcopalis visitatio, nichil aut modicum superaddit, nisi dumtaxat illud inconveniens manifestum, quod pro eodem excessu bis aliquis corrigatur, cum nec Deus bis judicet in idipsum. Quod quidem inconveniens forte signanter

attendit apostolica nuper episcopis, ut dicitur, facta commissio, videlicet quod a visitationibus faciendis ab eis exemptos excludit, non quod et ipsi tanquam homines labiles ad peccatum correctione quandoque sint digni, sed certe quasi sufficiat eos, si forte deliquerint, ab immediatis suis prelatis semel esse correctos. Nec aliqui, queso, mirentur de vel super consuetudine,quam, sicut premittitur, in hac parte pro se major et alie predicte ecclesie collegiate pretendunt. Nam hujusmodi consuetudo, prout Vestra reverenda Paternitas plene novit, non solum a jure scripto non discrepat, sed ab illo potius coloratur[1] expresse, satisque consonat equitati, ne scilicet ecclesie vel persone ecclesiastice nimirum ex diversarum ac plurium correctionum iteratione graventur; de qua etiam consuetudine bone memorie dominus Johannes quondam papa XXII[2], dudum plenius informatus, similem gratiam visitandi quam domino tunc episcopo Leodiensi concesserat, nolens consuetudinem ipsam in ecclesiarum ipsarum prejudicium et grave scandalum plurimorum infringere, retractavit, et aliam pro illa gratiam sibi fecit, prudenter attendens, quod ecclesiasticus ordo confunditur, si sua unicuique juridictio non servatur. Quem nimirum ordinem constaret a parte confundi, si decanis, capitulis aliisque prelatis superius memoratis juridictionem sibi per consuetudinem tractu tanti temporis acquisitam et habentem cujusdam exemptionis effectum, eis contingeret non servari. Sed neque timendum est, quod ob correctionis opportune defectum, quevis exempli mali pernicies vel erroris a clero nostrarum partium debeat in populum derivari, quin potius etiam communi judicio laycorum omnium, qui multas patrias lustrarunt et urbes, adeo clerus iste laudatur, ut dicant se nunquam in aliquo loco fuisse, ubi clerum viderint communiter tam in gestu quam habitu tam honestum, et qui

[1]) Ne faudrait-il pas lire *roboratur ?*
[2]) 1316-1334.

divinum officium devotius atque solempnius exequatur. Premissis possunt addi per industriam circumspectam alicujus et alie rationes, quibus dominus papa possit induci, ut a concepto proposito de visitationibus faciendis, saltem in nostris finibus, supersedere dignetur.

Fol. 176.

IX.

Lettre du clergé liégeois exposant au pape les inconvénients qui résultent des réservations de bénéfices[1].

Dans les deux lettres qui suivent, le clergé liégeois expose au pape les graves inconvénients qui résultaient des réservations de bénéfices, que la chancellerie pontificale avait commencé à pratiquer au diocèse de Liége. Il s'agit ici du pape Clément VI, puisque dans la première lettre on fait allusion à son nom de Clément ; « *A sanctissima Vestra Sanctitate, utpote a vestri realis nominis exorbitantes clementia.* » Ces lettres ont, sans doute, été rédigées vers 1350.

1350.

Pater beatissime[1].

Sicut nostre devotionis intentio, quam ab olim constat fuisse semper et esse quibusvis mandatis apostolicis obedire paratam, pavet hac vice verbo vel scripto quicquam edicere, quod vel leviter apostolicis possit auribus displicere, sic et illud ad presens omnino reticere veretur, unde siquidem infinita, nisi Deus et suus in terra vicarius oportune provideant, inconvenientia proventura timentur. Res namque

[1]) Ce document est intitulé : *Littera cleri Leodiensis ad papam super reservationibus beneficiorum cassandis et revocandis, quam fecit dominus Philippus Bruni, dudum decanus sancte Crucis Leodiensis.*

subjecta, tante multitudinis nedum cleri sed et populi nostrarum partium ac etiam vicinarum tam manifesta quam gravia tangit incommoda, quod ex hoc apud plerosque, qui consueverant usque nunc Sedem Apostolicam in omnibus revereri, jam aliqualiter contra illam, propter aliquos suos actus, murmura nascantur, incultique clamores insurgant. Quum enim, Pater sanctissime, dudum, et maxime circa vestre promotionis ad [Sedem] Apostolicam exordia, liberalitas vobis innata, quam plurimis litteratis viris et aliis benemeritis ac famosis quasi generaliter in omnibus et singulis ecclesiis tam civitatis et diocesis Leodiensis quam vicinis eisdem, de dignitatibus, personatibus aliisque beneficiis aut prebendis tunc ibi vacantibus, vel proxime vacaturis gratias concesserit speciales, Vestra deinde Benignitas, que libenter se petentibus exhibet liberalem, am-

[1]) Philippe Bruni était originaire de Florence, et peut-être n'était-il pas étranger à la famille du célèbre Léonard Bruni, surnommé l'Arétin, qui naquit à Arezzo en 1370. Il se distingua particulièrement dans l'étude du droit et de la rhétorique, et devint doyen du chapitre de Sainte-Croix, à Liége, le 13 juin 1314, à la mort de Jean Ursi. Il gouverna cette église pendant l'espace de cinquante ans, de manière à mériter par son zèle et ses travaux le titre de *Bon Doyen*. Il mourut le 17 septembre 1361. Voici son épitaphe :

Hujus hic ecclesie prudens opifexque decanus
Vivens eam festis, capsis, proventibus, aris,
Libris, veste, capis, fabrica, splendore, columpnis,
Ac multis aliis, divinum qualibus olim
Templum predoctus Salomon munivit, adornans,
Juris honor, laus rethorice, patientis asilum,
Sydus honestatis, fratrum concordia, nexus
Pacis, egenorum facies, hospesque benignus :
A re nomen habens equi Philippus amator,
Emoriens fabricam cunctorum fecit heredem;
Sancte verna crucis per eam conscendat in altum;
Bis D, C ter, LX obiens I conjuge luce
Lamberti media situs hic virtutis ad instar.

bitiosa quorumdam, ut creditur, importunitate devicta, singulas dignitates et alia beneficia supradicta, priusquam etiam illa vacaverint sive vacent in singulis prefatis ecclesiis, ut de regularibus taceamus, sue vel Sedis Apostolice dispositioni specialiter reservasse dicitur, et de illis ab inde vacantibus aliis providisse, qui quasi continue cum apostolicis super hoc sibi datis, si tamen veraciter apostolice dici possint, litteris accurrentes, priores, ut dictum est, obtinentes a Vestra Clementia gratias speciales in assequendis beneficiis, que sibi deberi putabant, non solum impediunt et excludunt, sed, quod plus est, nonnullos ex eis a beneficiis et prebendis, dyu sibi predictarum specialium gratiarum virtute collatis et jam annis pluribus, septem[1] videlicet plus vel minus bona fide possessis ab eis, et ad quorum titulum quidam ex eis se fecerant ad sacros [ordines] promoveri, pretextu reservationum hujusmodi, per processus, quos ostendunt, ejiciunt; aut coguntur hujusmodi possessores ad appellationis convolare remedium, litesque sumptuosas et longas inire; sicque fit, et certe nec mirum, quod obtinentes, ut diximus, priores gratias speciales, in quarum prosequutione multis gravati jam erant laboribus et expensis, et quarum etiam gratiarum jam obtentu se beneficiandos in brevi sperantes, quamplures ex eis suis fratribus aut propinquis jam cesserant de bonis patrimonialibus proprias partes suas, nunc evidentius attendentes, quod hujusmodi reservationes inopinate non cessant, sed assidue dilatantur, in tantum, ut hodie vix aliquis in beneficio suo, quod etiam tempore quantocunque possedit, se putet esse securum, nisi sibi per Sedem Apostolicam confirmetur, jam viri simplicis et recti Jobi patientiam imitando non dicant : *Dominus dedit, Dominus abstulit, sit nomen Domini benedictum,* sed potius nedum ipsi se querulose clamitent promotionis omnimode esse frustratos, verum etiam nonnulli de vulgo, quos amicitie private ratione vel sanguinis

[1]) Il semble donc que cette lettre a été écrite vers 1350.

specialiter tangit in hac parte negotium, prorumpant et dicant, quod apostolice gratie, que super obtinendis beneficiis modernis temporibus conceduntur, et etiam quas dicunt esse mansuras, pertusi quodammodo sacculi instar habent, de quo, quando aliunde mittitur, exit, ut ait beatus Gregorius, aliunde. Premissa, Pater sanctissime, nos certe non scribimus, quin sciamus ad hujusmodi reservationes pro libitu faciendas apostolicam potestatem extendi secundum canonicam veritatem, sed quid secundum communem utilitatem expediat, desideranter optamus attendi. Reservationes namque predicte, tam passim atque generaliter nunc ab Apostolica Sede, sicut premissum est, emanantes, que transactis retro temporibus ubique fuerunt, et adhuc alibi quam in nostris finibus esse dicuntur magis insolite, sed nec vise, eo quidem ad presens apud nos minus esse noscuntur acceptabiles sive grate, maxime quoad multitudinem copiosam, cui multipharie multisque modis adeo prejudiciales existunt, ut sit valde timendum, si non cito remedium apponatur, ne multis inobedientie causa prestetur, quos hucusque continue constat Ecclesie Romane fuisse devotos. Quamobrem, Pater beatissime, cujus quidem circumspecta prudentia brevi verbo comprehendere multa novit, memoratas reservationes, in quantum effectum precedentium specialium gratiarum enervant, sic simpliciter et omnino revocare dignemini, quod non solum prefatas speciales gratias obtinentes earum effectum deinceps libere se posse gaudere letentur, sed et omnium communiter, tam cleri quam populi, nostrarum partium ad Romanam Ecclesiam hucusque continuata devotio per hoc ad illam amplius accendatur. Suspensiones enim ad tempus presertim ambiguum dictarum reservationum, que facte fuisse quandoque dicuntur, dederunt hucusque modo praedictis expectantibus provisiones sibi debitas potius materiam litigandi quam pacis. Vestram ad ultimum Beatitudinem ita semper Deus dirigat in agendis,

quod universalis Ecclesia, cui divina providentia presidetis, sub regimine vestro se gaudeat assidue permanere tranquillam.

Folio 175.

X.

Lettre du clergé liégeois touchant le même objet.

1350.

Item singulis monasteriis ordinum mendicantium civitatis Antverpiensis, item hospitali ac monasteriis Clarissarum et Albarum Sororum Antverpiensibus, item monasteriis Tersiecken extra muros Antverpienses et in *de Luythagen*, cuilibet lego et relinquo unam libram grossorum Flandrie semel. Item eleemosinariis civitatis Antverpiensis lego, ad usum pauperum ejusdem civitatis, centum daleras semel.

Item pro iis, qui constituti sunt ad impediendum deambulationes in ecclesia nostra cathedrali, lego tres libras grossorum Flandrie annui reditus, emendos et hypotecandos nummo decimo sexto; et casu, quo non impendatur predictus reditus ad hujusmodi deambulationes impediendas, tunc volo et lego

per presentes, ac hujusmodi reditum applico ad usum domus pauperum puellarum hujus civitatis dicte *het Meyskenshuys*.

Item Jesuitis Antverpiensibus, qui nondum sunt sufficienter dotati, lego octodecim florenos semel.

Item nepti nostre, sorori Barbare Maes, professe monasterii Syon, oppidi Lirensis, lego singulis annis unam libram brabanticam ad vitam ipsius.

Item monasterio sancti Bernardi predicto pro bibliotheca sua lego omnia opera veterum doctorum, que nos habemus et ipsum non habeat. Reliquos vero libros nostros lego et relinquo prefato cognato nostro, domino et magistro Jacobo de Campo, archidiacono.

Argentea autem illa, que accepimus, et redditus, qui nobis obvenerunt ex domo mortuaria quondam fratris nostri, domini Christiani de Campo, lego heredibus, qui eidem domino Christiano succedere debuissent, aut precium eorum.

Executores ibidem hujus testamenti mei seu ultime et extreme voluntatis mee eligo eximios viros dominum et magistrum Jacobum de Campo, archidiaconum ecclesie nostre cathedralis predicte, cognatum nostrum prenominatum, necnon dominum et magistrum Silvestrum Pardo, sacre theologie licentiatum, canonicos et confratres meos, et magistrum Michaëlem Rutten, oeconomum meum, volens, quod habeant honestam renumerationem pro laboribus suis, et preterea singuli unam pateram argenteam ex melioribus, quas habeo.

Pompa autem funebris fiat decenter, sed citra excessum.

Cetera non specificata committo discretioni executorum meorum prenominatorum.

Et si quid, his omnibus expletis, superfuerit, id volo applicari partim monasterio sancti Bernardi supratacto et partim ac equaliter capitulo ecclesie nostre cathedralis Antverpiensis ad eum finem, ut utrobique, tam ibi quam hic, festum sancti Francisci elevetur et fiat duplex in commemoratione pro anima mea in medio chori.

Premissa autem hec declaro esse meum testamentum seu

ultimam et extremam meam voluntatem, quod et quam valere et robur firmitatis obtinere volo sive jure testamenti, sive jure codicillorum aut cujusque alterius ultime et extreme voluntatis, vel eo modo, quo melius valere potest, non obstante, quod in illis aut illorum aliquibus aliqua juris vel facti solemnitas sit omissa.

In quorum omnium et singulorum premissorum fidem hoc presens instrumentum per notarium publicum infra scriptum fieri postulavi, et manu mea propria, nomineque et cognomine meis subscripsi ac per eumdem notarium subsignari mandavi et feci.

Acta fuerunt et sunt hec in domo nostra episcopali Antwerpie sita anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo sexto, mensis maii die sexta.

Sic erat subscriptum manu propria supranominati reverendissimi domini testatoris :

Franciscus SONNIUS.

Item sic : M. Yerssel, notarius publicus.

Superscriptio autem alterius pergamenei instrumenti clausi, de quo supra fit mentio, sequitur et est talis :

Anno Domini xv^{c} septuagesimo sexto, mensis junii die vigesima quinta, reverendissimus noster dominus Franciscus Sonnius, episcopus Antverpiensis, in mei notarii infra signati et testium infra scriptorum presentia declaravit hoc instrumento certum[1] codicillum et legata, que ultra testamentum suum relinquere voluit, illudque presentibus iisdem testibus claudi et signeto suo sigillari mandavit, prout etiam illud clausi et sigillavi.

Actum ut supra, presentibus domino et magistro Reinero a Brakel, canonico Antverpiensi, et Michaële de Wesel, testibus ad premissa vocatis et rogatis, et me Matheo ab Yerssel, notario publico, unacum predictis testibus presente.

M. Yerssel.

[1]) Il faut sans doute lire *contineri* au lieu de *certum*.

Tenor vero dicti pergamenei instrumenti clausi sive codicilli, de quo proxime supra fit mentio, sequitur et est talis[1] :

In nomini Domini, amen. Ego Franciscus Sonnius, episcopus Antverpiensis, sanus Dei gratia mente, licet corpore eger, quia ambulatoria est hominis voluntas usque ad ultimum vite spiritum, idcirco addendo testamento meo seu ultime mee voluntati alias coram notario infrascripto conditis per modum codicilli, lego et relinquo singulis famulis seu servitoribus meis, qui vigilando nocte simul et die mihi in infirmitati mea astiterunt, centum florenos semel, idque ultra legata in pretacto meo testamento seu ultima voluntate ipsis relicta, pro bono et grato servitio mihi per ipsos hactenus prestito et adhuc prestando in hac mea infirmitate. Ulterius lego et relinquo singulis prolibus Hester de Campo, neptis mee, et singulis prolibus Egidii de Campo, nepotis mei, centum florenos semel, applicandos ad redditus hereditarios in usum et ad opus earumdem prolium.

Ceterum per hanc codicillarem dispositionem ne in minimo quidem volo mutari aut minui predictum meum testamentum, sed illud in omnibus suis clausulis et particulis adhuc plenissime confirmo et ratum habeo et haberi volo. Et hanc presentem dispositionem declaro etiam esse meam ultimam voluntatem, quam valere volo jure codicillorum vel cujuscunque alterius ultime et extreme voluntatis, quo melius valere potest, et eam firmiter observari volo.

In quorum omnium et singulorum premissorum fidem et testimonium hoc presens instrumentum per notarium publicum infra scriptum fieri et scribi postulavi, et per eumdem notarium (quia per infirmitatem meam scribere non valeo) in presentia testium clausure hujus adhibitorum subsignari mandavi.

Acta fueruut hec Antverpie, in domo nostra episcopali, sub

[1]) L'original de ce codicille se trouve aux archives de Notre-Dame, à Anvers.

anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo sexto, mensis junii die vigesima quinta.

Sic erat subscriptum : De speciali mandato domini reverendissimi prefati :

M. Yerssel.

Et ego Gerardus Diemen, publicus sacris apostolica et imperiali auctoritatibus per concilium Brabantie admissus, ac prefatorum venerabilium dominorum decani et capituli notarius ac scriba juratus, quia preinsertorum testamenti ac codicilli sive pergamenei codicum sive instrumentorum presentationi sive exhibitioni, signetorumque et subscriptionum recognitioni et aperture unacum prenominatis testibus ut notarius interfui, eaque omnia et singula sic fieri scivi et audivi, ideo hoc presens publicum instrumentum manu mea propria scriptum et cum preinsertis testamento et codicillo diligenter collatum, exinde confeci et in hanc publicam formam redegi, signoque majori ac nomine et cognomine meis solitis et consuetis signavi et subscripsi in fidem, robur et testimonium omnium et singulorum premissorum.

II.

Testament de Liévin Torrentius, deuxième évêque d'Anvers.

29 mars 1594.

In nomine Domini nostri Jesu Christi, cui laus et gloria cum Deo Patre et Spiritu sancto in aeternum. Amen.

Ego Laevinus Torrentius, ex canonico et archidiacono Leodiensi, necnon ex abbate saeculari ecclesiae collegiatae Cinacensis factus episcopus Antverpiensis, indignus Dei servus, humanae vitae incertitudinem ante oculos ponens, hoc praesens testamentum seu qualemcunque ultimam voluntatem, salva semper facultate addendi, minuendi et quomodolibet mutandi et revocandi, manu domini Cornelii Camerarii, presbyteri mei, me dictante scriptum et a me subscriptum, a notario etiam

publico signari procuravi, revocans quascumque alias dispositiones, ut ratum semper ac firmum sit, si non jure testamenti saltem codicillorum.

In primis commendans corporis et animae meae custodiam omnipotenti Deo, beatae Mariae semper virgini, ac toti curiae coelesti, ut gressus meos dirigant et a sancta fide catholica, apostolica, romana nunquam declinem, juxta professionem fidei ex formula concilii Tridentini saepius a me reiteratam et in mente perpetuo retentam, ubicumque mori me contigerit, sepulturam meam eligo in ecclesia mea cathedrali, loco, quem executores mei confratrum meorum consensu elegerint; idque quam simplicissime et quam minimo fieri poterit sumptu tam funeris quam sepulchri, ne exequiae diutius differantur; quarum die numerari volo trecentos florenos eleemosinariis seu praefectis pauperum, ut illam summam pro arbitrio distribuant, ac pauperes Christi communibus precibus Deum suppliciter pro me orent. Fabricae praeterea ejusdem ecclesiae lego duodecim florenos, et totidem fabricae Leodiensi, semel praestandos. Lego praeterea tribus conventibus fratrum mendicantium in civitate Antverpiensi, nec non fratribus Capucinis et Bogardis, necnon monasteriis virginum, quas *tertiarias* vocant, et de Facues, item Nonnarum et Albarum ac Nigrarum Sororum, singulis decem florenos; Clarissis vero viginti, patribus Societatis Jesu quadraginta; item sororibus magni hospitalis sive xenodochii pro refectione aegrotantium triginta, et sororibus leprosorum quindecim. Communibus etiam mendicantibus tam die depositionis meae quam exequiarum volo distribui panes triticeos pro arbitrio executorum, et ut communiter fieri solet, ut animam meam simul omnes divinae misericordiae commendent. Capitulo ecclesiae Antverpiensis pro perpetua nostri memoria comparari volo annuum reditum viginti quinque florenorum denario decimo sexto, distribuendum in die anniversarii mei inter praesentes tantum a principio usque ad finem, tam in vigilia quam in laudibus

et missa; et similiter communibus capellanis cantoribusque reditum quindecim florenorum, distribuendum arbitrio domini decani et cantoris pro tempore futurorum, ut tantum comprehendantur praesentes in choro, et non alii, quacunque de causa absint; quorum perditiones dari volo servientibus ad altare; pastores autem sive supplebanos annumerari volo dominis canonicis. Ecclesiae Leodiensi, de qua satis bene meritum me esse existimo, jacto Leodii fundamento collegii Societatis Jesu, lego praeterea cappam, ut vocant, sive ornamentum circiter trecentorum florenorum. Ecclesiae Cinacensi ultra ornamenta anno superiori a me donata valoris trecentorum florenorum dari volo reditum quindecim florenorum pro anniversario; unde tres floreni dentur capellanis, reliqui canonicis officio tam vigiliae quam laudum et missae interfuturis ab initio. Quod si forte vel Antverpienses vel Leodienses quovis praetextu aliquid sibi a me deberi praetenderint et jure velint agere, tunc legatis eos privari volo; imo, et antequam haec solvantur, volo mihi satisfieri quicquid illi comperti fuerint ratione praebendae mihi debere. Idem de Cinacensibus dictum sit. Domesticis meis, qui mortis tempore servient, praeter antea debitum dari mando stipendium adhuc trium mensium post obitum, necnon vestem lugubrem executorum arbitrio. Gertrudi solvi volo ducentos florenos semel ex voluntate sororis suae Annae defunctae, nisi, quod futurum spero brevi, vivens solvero. Joanni, famulo seniori, quoad vixerit, post obitum meum dentur annui viginti quinque floreni. Joanni vero de Leeu, cognato et secretario meo, praeter reditum lxii florenorum super aedibus Joannis De Vel relinquo adhuc centum florenos annuos perpetuos, redimendos 1600 florenis aut dando in solutum literas totidem florenorum super ditione Leodiensi, ut inter ipsum et executores poterit convenire; sorori autem ejus, Margaritae, cognatae meae, memoriae causa do nobilem rosatum, sed filiolo ejus quinquaginta florenos semel, ut commodius discat literas; alteri vero sorori ejus, Livinae, cui jam dedi subsi-

dium dotis ultra alia beneficia, do praeterea similem nobilem rosatum. Neptibus meis, Livinae et Elizabethae, jam pridem nuptis collata ipsis dote satis honesta, lego singulis cruciardum portugallensem seu valorem; earumdem autem liberis, quotquot extabunt tempore obitus mei, in singula capita tam studiorum quam dotis nomine centum et quinquaginta florenos semel. Nepti meae Joannae, religiosae habitanti Gandavi in beguinagio, ultra reditum, quem illi dedi aut dari curavi, viginti quinque florenorum annuorum super dominiis Regiae Majestatis in territorio Lovaniensi cum omnibus terminis decursis, lego alios florenos annuos quinquaginta, quoad vixerit tantum, et non aliter; reditum autem viginti quinque florenorum qui perpetuus est, post hujus Joannae mortem redire volo ad Livinam vel ejus liberos. Aegidio Lievens, canonico Cinacensi, sororis meae Clarae filio, quia abunde ei prospectum est, lego tantum memoriae causa quinquaginta florenos semel. Item fratri ejus, Livino, quoniam in donationem propter nuptias donavi duabus vicibus praesenti pecunia florenos bis mille octingentos, eidem Livino lego duas pateras argenteas ejusdem formae; et Petro Gillis, neptis meae Elizabethae marito, pateram argenteam deauratam cum fabula Apollinis et Daphnis; marito item alterius neptis Livinae, Ludovico Tortequesne, aliam pateram deauratam sculptam cum historia Rebeccae aquam praebentis famulo Abrahae et camelis ejus. Nepoti meo Joanni Livinaeo, cantori et canonico Antverpiensi, cui inter propinquos omnes praecipue faveo, quanquam beneficiis ecclesiasticis satis honeste provisum est, et miscere non convenit sacris profana, maxime eum, qui sacerdos est, ne tamen hoc calamitoso tempore ipsi quicquam desit, relinquo adhuc centum florenos annuos, sed tantum quoad vixerit. Fundum meum sive villam Busbecanam, quae majorum meorum fuit, volo ad posteros pervenire, eandem relinquens tribus partibus aequalibus sive in stirpes, unam Livino, secundam Livinae, tertiam Elizabethae, atque eorum liberis; et similiter si quid

aliud profectum a majoribus ad me spectat; mandans Joanni Livinaeo, ut, si qua hac occasione controversia orta fuerit, ipse, qui sacerdos est, illam componat; eidem relinquens hujus officii causa et aliorum, quae in edendis meis libris praestare poterit, scyphum meum argenteum deauratum, quem a praeposito olim Leodiensi Wyngarda dono accepi, una cum salino mediocri argenteo et duodecim cochlearibus, cum furcilla, qua utor, itidem argentea. Nonnulla alia legata reservo codicillo, quem facere decrevi pro diversis amicis meis ac familiaribus. Quod vero attinet ad residuum bonorum meorum, quae honesta parcimonia ex officiis publicis ac donis et stipendiis principum citra cujusquam injuriam conquisivi, ut semper eo animo atque intentione vixi, tanquam si ea non possiderem, contentus usu sive usufructu tantum, sic nunc quoque in proposito persevero. Et quoniam ad hunc ipsum effectum fundavi gymnasium philosophicum in Academia Lovaniensi, cui patres sanctae Societatis Jesu praesunt, sponte ac libera mea voluntate pollicitus ad eum effectum summam viginti quatuor millium florenorum Brabantiae, hactenus tamen non solvi nisi quatuordecim millia, juxta promissionem factam suppleri volo reliquum, quam citissime fieri poterit, scilicet adhuc alia decem millia, sperans interim nonnulla adhuc alia superfutura, quae ad Dei gloriam ordinari poterunt, et futurum expectans, ut non tantum dicti gymnasii philosophici, verum etiam totius collegii patrum Societatis Jesu Lovanii fundator esse declarer. Relinquo iisdem patribus ultra priora viginti quatuor millia, adhuc alterum tantum, sive alia viginti quatuor millia, idque titulo sive donationis inter vivos sive haereditatis tam virtute testamenti quam codicillorum, salvo quod bibliothecam, meam aestimari volo [cum tamen multo plus valeat] quatuor millibus similium florenorum, ita ut desiderentur adhuc tantum viginti millia, quae spero facile posse confici. Et, si Dei beneficio plura superesse contigerit, solutis ante omnia legatis atque aliis summis praedictis nec non sumptibus funeris,

totum hoc ipsum, quod supererit, do, lego et quovis alio titulo relinquo ad usum seminarii clericorum in ecclesia mea Antverpiensi; cujus seminarii institutioni atque administrationi praefectos esse cupio atque desidero futuros pro tempore decanos et archidiaconos, necnon binos praecipuos eleemosinarios pro spatio duorum annorum, quibus curae pauperum praeerunt, sic tamen ut in dubiis recurrant ad episcopum suum, cujus arbitrio illa decidantur. Et quoniam praeter omnia praedicta in eventum, quo rex catholicus petitam mihi non annuat separationem ecclesiae meae Antverpiensis a monasterio divi Bernardi (quam petitionem, quoad vixero, ob causas maxime necessarias urgere non desinam), debentur mihi a monasterio praedicto circiter quatuordecim millia florenorum ex proprio peculio mutuo data; ex qua summa in eventum, quo separatio praedicta succederet, monasterio donare decrevi duodecim millia; de his ipsis fieri volo id, quod in alio quodam meo scripto per formam codicilli faciendum[1] esse declaravi, nempe ut haec simul omnia serviant praedicto seminario clericorum ad Dei gloriam et Ecclesiae suae sanctae incrementum.

Postremo, quo praedictis omnibus oneribus promptius et facilius satisfiat, numismata mea antiqua, tam aurea et argentea quam cujuscunque alterius metalli, atque adeo rem omnem antiquariam una cum vestimentis meis necnon vasis argenteis, tam deauratis quam aliis, item picturas cujuscumque generis et similia omnia in auctione vendi ac distrahi volo plus offerentibus, et pecuniam inde redigendam servari a magistro viro domino Cornelio Pruenen, amico meo summo, ipsius arbitrio ad praedictos effectus expendendam vel distribuendam; cui etiam adjungo magistrum, virum affinem meum, Joannem Van Hove, seniorem, ut se mutuo juvent. Quod, ut ad nominis nostrae memoriam faciant libentius, lego singulis effigiem meam

[1]) Nous publions ce codicille à la suite du testament, ci-dessous, p. 99.

ab Othone Venio nuperrime pictam, sive ejusdem picturae exempla, quam fieri poterit peritissime depicta; autographon vero ipsum suspendi volo in sacrario sive vestiario ecclesiae meae juxta imaginem reverendissimi domini domini Francisci Sonnii, primi episcopi Antverpiensis.

Executores autem tam hujus testamenti quam codicillorum, quos reservo, praeter praedictos Cornelium Pruenen et Joannem Van Hove, ordino atque instituo venerabiles confratres meos Joannem del Ryo, archidiaconum et officialem, et Sylvestrum Pardo, vicarium meum, dari volens singulis cruciardum portugallensem memoriae causa.

Scriptum sive datum Antverpiae in domo nostra episcopali anno a Christo nato mdxciv, mensis martii die xxix.

Ego L. TORRENTIUS, episcopus Antverpiensis, hoc testamentum dictavi die quo supra.

Ego Cornelius Camerarius, presbiter, hoc testamentum, dictante reverendissimo domino meo, scripsi mea manu.

Anno a Nativitate Domini millesimo quingentesimo nonagesimo quinto, mensis martii die vigesima nona, coram me notario publico, per concilium Brabantie admisso et approbato, infrascripto, et presentibus testibus infrascriptis, reverendissimus dominus D. Laevinus Torrentius, episcopus Antverpiensis supranominatus, declaravit scriptum in quinque paginis precedentibus positum esse suum testamentum seu ultimam suam voluntatem; hecque in fidem veritatis a me signari petiit, prout et rogatus feci.

Actum ut supra, presentibus magistro Guillielmo Van den Kriecke et Carolo Van der Cameren, testibus ad premissa vocatis et specialiter rogatis.

Van Eersel.

III.

Codicille ajouté au testament de Liévin Torrentius, deuxième évêque d'Anvers[1].

2 avril 1595.

Laevinus Torrentius, honestis parentibus natus Gandavi, quae comitatus Flandriae metropolis est, ibidemque a prima pueritia literis et bonis artibus institutus, annum aetatis ingressus decimum sextum, Lovanium (quae celebris academia est) majorum studiorum causa accessit. Ubi cum annos circiter quinque literis humanioribus ac jurisprudentiae impendisset, in Galliam se contulit ac deinde in Italiam; primum Patavium, nec ita multo post Bononiam, secunda ubique fama. Nam Bononiae publice tum disputando tum profitendo non leviter commendatus, inde discedens cum celeberrima quaeque Italiae loca cognoscendae antiquitatis praecipue causa adiisset, tandem multorum literis commendatitiis Romae mansit, summis quibusque cardinalibus atque aliis viris doctissimis usus admodum familiariter. Quibus omnibus annitentibus, ut ibidem sedem figeret ac majora expectaret, singulari patriae affectu redire maluit, quam apud exteros vivere. Profectus est itaque Neapolim, ubi, cum in comitatu Petri Camagni, episcopi Fesulani ac tum temporis nuncii apostolici, honestissime conversatus fuisset, rediens Romam oblatam sibi conditionem ab illustrissimo principe Roberto Bergensi, designato episcopo Leodiensi, libenter amplexus est, factus ipso statim initio consiliarius creati jam episcopi, necnon canonicus et archidiaconus perinsignis ecclesiae Leodiensis. Qua in dignitate variis functus honoribus atque legationibus publicis, annis paene triginta duobus permansit,

[1]) Ce document, qui présente le plus haut intérêt, est plutôt une apologie de la conduite de Torrentius à l'égard de l'abbaye de Saint-Bernard, incorporée à la mense épiscopale par la bulle d'érection des nouveaux évêchés en Belgique, qu'un codicille proprement dit.

factus interea temporis etiam vicarius generalis principis ac domini sui; eaque occasione postquam ab anno millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo, cum majore ferme temporis parte tam apud alios principes quam in Belgio apud legatos Philippi, Hispaniarum regis, egisset, ac proinde vivens sumptibus alienis ex reditibus satis amplis peculium satis honestum collegisset, anno post (1577) in locum Francisci Sonnii, primi episcopi Antverpiensis, a rege subrogatus, episcopatum tantae urbis quamquam difficillimis temporibus non potuit non acceptare; sed, perditis paene rebus ob haereticorum ac rebellium tumultus, et nomine designati episcopi et omni administratione prorsus abstinuit, manens interea temporis Leodii, et (quantum in ipso fuit) ecclesiae ac reipublicae consulens, donec tandem toto post decennio regis in provinciis Belgicis imperio virtute Joannis Austriaci primum ac deinde Alexandri Farnesii, ducis Parmensis, utcunque confirmato, ac longa difficileque obsidione recepta in gratiam Antverpia, operam suam laboranti ecclesiae ac reipublicae diutius denegare nec voluit nec potuit. Certis itaque conditionibus se adduci passus est, ut, relicta Leodiensi provincia, in Brabantiam se conferret, consentiretque, impetrata Summi Pontificis, qui tunc erat Gregorius XIII, singulariter erga eum affectus, confirmata gratia, totum negotium conficeretur. sed, quoniam res erat perdifficilis, ipsa Antverpiensi ecclesia una cum dote (quae sumenda erat ex proventibus monasterii sancti Bernardi, ordinis Cisterciensis, tunc incensi ac penitus desolati) vehementer afflicta, ne nimium sui patrimonii seu peculii sui (de quo ante dictum est) dispendium pateretur, exemplo majorum ab ipsis usque apostolorum temporibus, nec non sanctorum consilio, antequam ecclesiae suae administrationem aggrederetur, re cum confratribus suis canonicis communicata coram duobus notariis, altero canonico, publicum instrumentum confici curavit, in quo fiebat distinctio bonorum, quae tunc secum afferebat, eorum maxime, quae ex industria

sua ac principum donis sibi comparasset, ea semper intentione atque animo, ut de bonis ecclesiasticis, cum ecclesiae deserviret, tum ipse viveret, tum aliis quoque ex piis causis subveniret, reliqua vero retineret pro suo disponenda arbitrio ac libera voluntate. Quod utique instrumentum publicum etiam monasterii sui fratribus exhibuit, ne quis ignorantiam obtendere posset, ut ex ipso instrumento confecto die primo mensis septembris anno millesimo quingentesimo octogesimo septimo manifeste constat; cum protestatione se ulterius quomodolibet nolle obligari, ac nihilominus promittendo ita se gesturum, neque aliqua avaritiae subesset suspicio; id quod ultra honestam episcopi necessitatem superesset, non in suum conversurus commodum, sed ipsius vel ecclesiae, vel monasterii; quod etiam reipsa satis ostendit. Hoc igitur jacto bonae ac felicis administrationis veluti fundamento, quanta potuit diligentia atque industria efficere conatus est, ut res paene deploratae aliqua saltem ex parte restaurarentur. Quoniam vero ipso statim initio canonici tot annis carentes episcopo non ita faciles ac proni reperiebantur ad obediendum, fulti maxime antiquis privilegiis atque exemptionibus suis, sanctam Sedem Apostolicam consulendam esse censuit, ac sine longioris litis ambage declarandum, utrumne fortiora essent dicta privilegia, an vero literae apostolicae super erectione novorum in inferiore Germania episcopatuum. Quae tamen controversia diutissime mansit, sed tandem decisum per tertiam sententiam (ita ut abierit in rem judicatam) privilegia non subsistere, ac proinde reducta esse omnia ad jus commune. Super qua sententia secuta etiam regis tam in secretiore ejus consilio quam cancellaria Brabantiae approbatio est. Qua concordia in hunc modum semel inita, etsi facilius atque expeditius erat bene ecclesiam administrare, uno tamen eodemque tempore tot tantisque oblatis difficultatibus fieri vix potuit, ut pro voto res succederet. Verum adfuit omnipotens Deus, nec suorum auxilio defuit. Summa autem difficultas in eo versabatur, quod ex conditionibus pacis initae

cum Antverpiensibus licebat haereticis et rebellibus toto adhuc quadriennio suo more vivere, concessa libertate conscientiae, quatenus sine offensione aliqua manifesta cum catholicis versarentur; finito vero quadrienno, quamvis acerrime per quosdam de prorogatione ejus temporis ad alterum tantum ageretur, attamen dissuadendo ac contradicendo effecit episcopus, ne quicquam mutaretur. Reductis itaque ad religionem catholicam aliquot hominum millibus, qui erant contumaciores sponte sua in alias terras commigrarunt. Atque ita, expurgata civitate, major inter unanimes secuta tranquillitas est, data diligenter opera, ut catholici pro debita sua modestia nemini reconciliato de praeteritis aliquid objiceret, neque vicissim ipsi reconciliati petulanter sese gererent, aut his, qui semper constantes fuerant, sese omnino pares esse arbitrarentur, praecipue in obtinendis publicis officiis, aut loco et ordine in senatu. Qua ratione, Deo propitio, tandem evenit, ut ab omni hominum memoria visa nunquam fuerit major in religione pietas, neque frequentior sacramentorum sanctae Ecclesiae usus. Verum adversus reliqua incommoda gravissima, quae belli assiduitas ac temporum calamitas atque incredibilis annonae raritas secum attraxit, non usque adeo prompta fuere remedia. Vacante enim ecclesia cathedrali per annos ferme undecim, nihil prorsus repertum est, quod ad tuendam dignitatem episcopalem quovis modo servire posset. Supellex penitus nulla, neque sacra neque profana; monasterium sancti Bernardi miserrime conflagratum ac fundotenus eversum expoliatumque, cum aliis mobilibus admodum pretiosis, tum etiam arboribus, quae longe lateque per circuitum non levis pretii antea cernebantur. Atque ita contigit ut, quod loco dotis cathedralis ecclesiae esse debebat, alendis monachis, qui adhuc supererant numero circiter viginti, nullo modo vel ad necessitatem tantum sufficeret, neque alio in loco simul vivere ac contineri possent quam in opido Lyrano, Antverpiae vicino. Quo loco tamen constituto praesidio militari, ipsi quoque praeter reliquas molestias non levi

sumptu premebantur. Inventa nihilominus fuit per episcopum ratio, qua alio transferrentur, ubi cum minore impensa tum majore conscientiae fructu ex monasticae vitae disciplina quietius atque securius viverent, et ex veteri ordinis sui consuetudine agricultura sese ex parte aliqua sustentarent. Sed quoniam, cum nihil necessitati eorum superesset, nulla inveniri potuit ratio, qua aes alienum ingens varie contractum dissolveretur, urgentibus interea creditoribus ac jure agentibus, ita ut periculum subesset, ne fundi etiam atque agri (quorum mira tunc erat vilitas) miserrime distraherentur, hic episcopus rebus ita afflictis de suo succurrere maluit, quam cernere commissum sibi gregem dispergi ac prorsus interire. Cum ergo aliter facere non posset, proprium peculium (de quo supra dictum est) hunc in usum expendere decrevit, convocatisque creditoribus misericordia commotis, et quorum plerique partem aliquam accipere mallent quam totum perdere (praesens enim offerebatur pecunia) non malis conditionibus transegit. Et cum alioqui consuetis debitorum, qui sine culpa ad paupertatem devenerant, privilegiis uti posset, nempe ut quinquennali vel longiori etiam temporis spatio ad solutionem non compelleretur, aperte tamen et ingenue ecclesiae et monasterii sui inopiam fateri maluit, quam incurrere hominum invidiam gravibusque litibus exagitari. Debebantur autem plurima; accidit tamen ut, corrasis undique, quae haberi poterant, emolumentis, expendendo de suo circiter quatuordecim florenorum millia, difficultatem omnem magna ex parte superarit, ac plerasque res monasterii male et contra juris ordinem alienatas recuperarit, idque sine judicum opera, pura et libera transigentium voluntate. Ita ut dicta summa quatuordecim millium communi omnium judicio monasterio atque ecclesiae suae plus conferre ac prodesse videretur, quam si simpliciter donasset summam triplo aut etiam quadruplo majorem; quemadmodum haec omnia ex rationibus desuper confectis liquido constant, ut taceantur interim diversae instaurationes tam palatii epis-

copalis in civitate Antverpiensi, quam domus, in qua religiosi nunc habitant; diversorum praeterea praediorum atque villarum, necnon molendinorum et praecipue aggerum, pro recuperatione terrarum, quae hostili injuria atque vindicta per inundationem immisso oceano perierant. Quae res praeter gravissimos sumptus etiam molestissima fuit, praesertim deficientibus facultatibus ad tale opus necessariis, nulla intercedente remissione aut gratia, quin is, qui praescripto die paratam pro portione sua non repraesentat pecuniam, bonis suis exuatur; venduntur enim in auctione publica plus offerentibus, eique cedunt in perpetuum. Episcopus igitur, praeterquam quod de suo praestitit quantum potuit, nonnullos quoque amicos suos persuadendo adduxit, ut gratis darent mutuo non leves summas, quibus tantum opus promoveretur. Quae utilitas quo magis sit conspicua, sciendum est episcopum a primo suo adventu ratione emolumentorum episcopatus nullo unquam anno, omnibus computatis, plus recepisse quam quatuor millia florenorum, duo scilicet ex pensione gratuita, quam rex in subsidium ipsi annuit, mille vero super monasterio sancti Michaëlis in civitate Antverpiensi (quae se recepisse fatetur); praeterea mille super monasterio Villariensi, ordinis Cisterciensis, sed non sine gravi controversia mota per abbatem, ita ut solutio impediretur. Debentur autem praedictae pensiones ex assignatione in subsidium dotis facta per sanctam Sedem Apostolicam, ita ut sint perpetuae. Quare pro integris ferme undecim annis, quibus sedes episcopalis vacaverat, episcopus jure sibi satisfieri petere poterat; ipse tamen sua non quaerens, utrique abbati remisit in solidum, ac proinde plus quam viginti millia florenorum; nihil amplius exigens, quam quod a die confirmationis apostolicae ei debebabatur. A monasterio autem suo, cujus (ut dictum est) fructus alendis monachis aegre sufficiebant, nihil unquam vel directe vel indirecte obtinuit, nisi frumenta tantum, quibus nutriendae familiae opus erat, et praeterea nonnulla alia. Sed ipse vicissim

monachos eorumque familiares Antverpiam venientes hospitio suo liberaliter excepit, neque alibi diversari passus est. Quae impensae commodum omne, quod ab illis percipiebat, facile superabat, ut ipsi illi quoque fatentur, quorum interest. Et quoniam toto administrationis suae tempore nihil aeque ipsi cordi fuit, quam ut, stabilito semel honestis ac perpetuis reditibus sive fundis et agris tantae urbis episcopatu, nobilissimum ac olim pulcherrimum splendidissimumque monasterium ad pristinum statum, quoad fieri posset, reverteretur, firmiter sibi proposuit nullas inutiles vel superfluas impensas facere; et quicquid quovis modo superesse contingeret, ad unum finem destinare, ut simul nempe utrumque consisteret ac conservaretur, tam ipsum videlicet monasterium quam noviter erecta ecclesia cathedralis. Quae etiam causa fuit, quod a multis retro annis, quanta potuit diligentia, a rege catholico impetrare conatus est, ut Majestatis ejus consensu facta semel unio sive incorporatio (ut vocant) monasterii cum episcopatu per pontificem dissolveretur, quemadmodum factum est de monasterio Tongerlensi ratione episcopatus Buscoducensis. Verum hoc hactenus non successit, non sine summo supplicantis animi dolore, quod futurum metuat, ne, manente dicta unione, et disciplina monastica ob praelatorum negligentiam (ut plerumque fieri cernimus) prorsus pereat, et ipsa quoque Antverpiensis ecclesia grave inde detrimentum patiatur. Non equidem quod futuri pro tempore episcopi sint ditiores, sed multo potior mediocritas est, ne detur occasio ambiendi majora, atque ecclesiae deserendae, dum aulicis negotiis ac hujus mundi pompis magis quam custodiendis Christi ovibus attenditur. Cujus rei utinam non plura etiam in Belgicis provinciis exempla viderentur! Quas ob causas longe gravissimas declaravit episcopus, dummodo voti sui compos fiat, se ex ea pecuniae summa, quam ipsi per monasterium deberi constat, remissurum duodecim millia florenorum, nullam omissurus occasionem, qua regis animum flectat atque in suam adducat sententiam. Quod tamen

si non fiat, in hunc eventum ductus poenitentia, ad usum seminarii in ecclesia sua applicari praecipit; quod sane cum honestius tum utilius esse existimat, quam nutrire episcoporum superfluam omnino potentiam, neglectis monachis, quibus (ut plerumque contingit) necessaria subtrahuntur. Si igitur episcopum mori contingat, antequam rex petitam concesserit gratiam, aut saltem intra biennium ab obitu episcopi non subsequatur, per hunc veluti codicillum suum mandat, ut praedictum monasterium integram summam, quam deberi constabit, in rem atque utilitatem Antverpiensis ecclesiae persolvere cogatur. Atque in hunc quidem modum, quantum in ipso fuit, conatus est episcopus res plane collapsas ac perditas restituere; temporum tamen malitia factum est, ut tam brevi spatio adimpleri non potuerit; multa enim adhuc supersunt debita, atque aliae difficultates non paucae; debita tamen dilui poterunt, si (quod similiter a rege petitum est) ornamenta ecclesiastica dicti monasterii Majestatis Suae mandato sequestrata in Hispania, vendi ac distrahi ad satisfaciendum creditoribus (ut juris et aequitatis ratio postulat) permittantur. Quod ut facilius intelligatur, sciendum est monachos, sede episcopali vacante, destitutos praeterea legitimo abbate, ornamenta illa alienandi causa in Hispaniam olim misisse, atque adeo ea vendidisse pretio trium millium et quingentorum ducatorum; verum, re penitus intellecta, regem non tantum impedivisse, quo minus venditioni locus esset, verum etiam expresse mandasse, ut per Petrum Raustinum, cubicularium suum, in vestiario regis servarentur, donec aliter disponi contingeret, et consensisse quidem, creato jam episcopo, ut ea traderentur. Sed quoniam, cum nulla supersit monasterii jam diruti facies, et qui monachi adhuc superstites sunt, ruri sive in pago non sine periculo degunt, et alioqui tam pretiosis ornamentis non indigent, nec sine creditorum injuria fieri potest, ut solutio diutius differatur, omnino consultius fore visum est, ut simpliciter res tota episcopi ipsius arbitrio ac

discretioni relinquatur. Quo facto (ut dictum est), aes alienum dissolvi poterit, et similiter reliqua cessabunt incommoda sive difficultates, si pacis spes aliqua affulgeat et militares insolentiae compescantur. Affulget autem Dei beneficio spes maxima : nullum enim malum potest esse perpetuum; et alioqui inimicorum ac rebellium nostrorum improbitas, violentia atque audacia jam venit ad summum; cumque ulterius progredi nequeat, ut tandem ad consolationem bonorum frangatur ac desinat, necesse est. Justus enim judex est Dominus, qui, cum iratus fuerit, misericordiae suae reminiscitur, nec suos deserit in perpetuum. Excitabit itaque pios atque catholicos reges atque principes, quorum corda in manibus ejus sunt, ut Ecclesiae causam fortiter tueantur, effectores divinae justiciae ac vindices christianae veritatis. Fateri quidem debemus res mortalium nullo fere tempore tam prospere agi, ut non multa una cum bonis eveniant mala, quo videlicet meminerēmus nihil hic esse perfectum, nec aliam existere pacem, quam eam, quae in Deo est, hominibus bonae voluntatis. Qualiscumque tamen humano more loquendo evenerit tranquillitas, tametsi non multo major, quam hactenus experti sumus, dubitari verisimiliter non potest, quin facultates monasterii sancti Bernardi tam monachis ipsis, etsi non exiguo numero sunt, quam episcopo ejusque ministris posse sufficere. Placuit Regiae Majestati, cum primum consensu Sedis Apostolicae fundabantur novi per Belgium episcopatus, spondere pro dote Antverpiensis ecclesiae octo millia florenorum annua; quam summam ad omnem honestatem satis magnam esse atque idoneam, vel inde tantum manifestum est, quod praesens episcopus vix dimidium ejus, quamdiu praefuit, consecutus fuerit; ut nihilominus vixerit etiam cum aliqua dignitate; usque adeo non difficile est intra rationis praescriptum viventi honestae necessitati satisfacere. At illi, qui a ratione semel discesserit, nihil unquam sufficit. Immensa namque atque infinita hominum cupiditas est. Vivendum itaque non ad opinionem sed ad vir-

tutem. Porro constat ex vetustis dicti monasterii rationibus, non ita multos ante annos, administrante ecclesiam felicis memoriae Francisco Sonnio, ordinarios proventus valuisse plus minus triginta millia florenorum; sit tantum dimidium, quo recte sperari non potest minus (quantulacunque succedat in melius temporum mutatio), nihil honeste agentibus deerit. Attenta igitur cum honestate tum utilitate, quae, conservato simul cum ecclesia Antverpiensi monasterio, subsequetur, non desinet unquam, qua decet, humilitate ac modestia regem solicitare episcopus, ut supplicantem pro innata sibi clementia exaudire non dedignetur. Absit autem, ut non fiat, quod futurum est omnibus ordinibus ac regi etiam honorificum. Si tamen, ut incerta sunt mortalium consilia, quovis modo impediatur, neque succedat (uti dictum est) intra biennium ab episcopi morte, tunc revocando duodecim millia florenorum, quae monasterio pro faciliore ejusdem restauratione donare jam certe constituerat, ad usum ecclesiae suae seminarii praecipit applicari. Cujus seminarii curatores sive administratores praeter futurum pro tempore decanum atque archidiaconum constituit etiam quatuor pauperum praefectos, quos eleemosinarios vocant, ita ut mutari illos contigerit; quorum pretati atque industriae hoc initium tam necessarie fundationis (quantum in ipso est) commendat.

Reservans tamen sibi potestatem haec aliter ordinandi, quoad vixerit; sperans nihilominus donum perseverantiae, ac Deum, quantis potest precibus, orans, ut consilia ipsius non ad alium finem dirigat, quam divinae Majestatis gloriam atque ecclesiae, cui praeest, salutem et dignitatem. Quin imo hoc ipsum institutum sive consilium usque adeo cordi est episcopo, ut non possit non orare etiam magistratum civitatis Antverpensis et quotquot sunt optimates, qui catholicae religionis curam gerunt, simul omnes, pro virili quisque sua tam apud regem ejusque posteros pro suo in patriam amore, quotiescunque oportunum videbitur, hoc ipsum agant diligentissime, ut non minus monasterium

tam nobile quam ecclesia ipsa cathedralis conservetur; quia hoc Domino Creatori nostro, a quo omne bonum, futurum est gratissimum. Meminit autem hujus intentionis suae episcopus etiam in testamento, prout in morte constabit, nec non etiam alio quodam scripto de remissione duodecim millium florenorum; quod tamen scriptum irritum esse declarat atque invalidum, nisi secuta jam toties repetita separatione. Melius est modicum justo super divitias peccatorum multas; dummodo igitur sit, quod satis est ad bene et laudabiliter administrandam ecclesiam, reliqua committantur Deo, cujus benignitati quo simplicius confidimus, eo plura ac majora consequimur bona. Quod si vero juvat esse solicitum de ejusmodi rebus etiam temporalibus, tunc tam successores suos quam futuros pro tempore decanos ac reliquos confratres rogatos esse cupit episcopus, ut apud regem optimum ac potentissimum regisque consilium dent operam atque adlaborent, non ut propria cujusque crescant commoda, sed totius veluti corporis honor atque utilitas. Multo enim honestius est id, quod commune dicimus, magnum atque conspicuum esse quam privatum cujusque hominis censum. Porro hoc futurum est, si immmunitati atque ecclesiastici ordinis privilegiis recte consulatur, ne bona Ecclesiae assignata Deo, ac per hoc veluti extra commercia hominum posita, communibus et promiscuis vectigalibus, impositionibus ac cujuscumque generis oneribus sive collationibus publicis praegraventur; quandoquidem enim clericis, qui ad sortem Domini vocati sunt, peculiare est in diem vivere, nec minus solicitos esse de crastino, ut voluntariam suam paupertatem sive servitutem facile ferunt, sic, cum aliquid extra ordinem imminet, quod ipsis molestum et insolitum sit, difficillime restituuntur. Eadem ratio est de bonis pastorum ecclesiarum, de bonis xenodochiorum sive hospitalium, de bonis pauperum sive mensae sancti Spiritus ac similibus. Nam indignum est ac quodammodo contumeliosum nomini christiano non aliam haberi istiusmodi exemptionum rationem, ut

Deo videamur detrahere, quod nostris commodis atque utilitatibus cedat. Cogitent ista diligenter viri principes, in quorum manu sunt omnium jura regnorum, meminerintque ab omni hominum memoria nullos reges imperatoresque felicius praefuisse atque opibus magis abundasse, quam qui Christum ejusque Ecclesiam fisco suo praetulerunt; cujus virtutis exempla omnibus nota sunt. Et profecto si genus sacerdotale, quod per se quoque regium est, Deum quodammodo repraesentat, in Dei honorem atque gloriam servanda est, quam dicimus, immunitas, ut non a filiis Dei sed a filiis hominum ea, quae administrandis imperiis necessaria sunt, exigantur. De qua re tamen diligentius cogitandum. Suo interim officio non defuturus est episcopus, quin istiusmodi semper suggerat consilia, quae Deus omnipotens prosperare dignetur. Denique cum ex voto decreverit episcopus (quantum in eo est) omnibus sese bonis exuere, eademque divino nomini dedicare ad usum gymnasii philosophici sive etiam totius collegii patrum sanctae Societatis Jesu, quo stabilius hoc esse possit et firmius, unice petit episcopus hoc etiam institutum suis omnibus amicis ac fratribus in Christo prae caeteris esse commendatum. Unde videlicet ratio studiorum ac scientiae his maxime temporibus ad convincendos haereticos necessariae manifeste dependet.

Actum in palatio episcopali, secunda die mensis aprilis anno millesimo quingentesimo nonagesimo quinto, Antverpiae.

Ego L. Torrentius, episcopus Antverpiensis, hoc scriptum, me dictante, a D. Cornelio Camerario, presbytero meo, octo paginis exceptum, tanquam codicillum servari volo, et ejus extari memoriam, die ut supra, Antverpiae.

L. TORRENTIUS, episcopus Antverpiensis.

Ego Cornelius Camerarius, presbiter, hoc scriptum, dic-

tante reverendissimo domino meo episcopo Antverpiensi, manu propria excepi.

Anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo quinto, mensis aprilis die tertia, ego Mattheus Yersselius, notarius publicus, presentibus infranominatis testibus, requirente reverendissimo domino Laevinio Torrentio, episcopo Antverpiensi, in fidem premissorum hoc subsignavi.

Actum in pallatio episcopali, die ut supra, presentibus reverendo D. domino Johanne Vander Noot, administratore abbatie sancti Bernardi, et Francisco Schottere, testibus ad premissa vocatis et rogatis.

VAN EERSEL.

IV.

Testament de Jean Le Mire, quatrième évêque d'Anvers[1].

3 janvier 1611.

In nomine Domini, amen. Cum nihil certius sit morte, nihilque incertius hora ejusdem, testamentum hoc meum condo. Commendo Dei infinite misericordie animam meam et patrocinio beate Virginis, patrone mee, et aliorum sanctorum meritis. Corpus cupio sepultum in choro ecclesie cathedralis, cum epitaphio et tumba in similem aut aliam formam, ut habet dominus Torrentius. Exequie fient juxta ceremoniale.

Eleemosinariis hujus civitatis quinquaginta florenos semel. Distribuantur panes pro 25 florenis, ipso die depositionis. Ferentes thecas pauperes vestiantur. Quatuor ordinibus mendicantibus, Capucinis, monasterio Petri Pots, et omnibus et singulis monasteriis mihi subditis in mea diocesi sex florenos semel; mihi vero non subditis tres florenos. Omnibus hospita-

[1]) Ce document est intitulé : *Testamentum Joannis Miraei, episcopi Antverpiensis.*

libus seu domibus pauperum duos florenos semel, ut decantent missam, aut legant, aut orent pro refrigerio anime mee. Singulis parochiis hujus civitatis duodecim florenos semel, ex quibus sex impendentur pro missa et officio defunctorum, reliqui sex in usu fabrice.

Redditum septuaginta duorum florenorum a me emptum super Status lego seminario meo.

Domos vicinas a me emptas et reparatas estimari cupio, et dari optionem successori meo, pro primo trimestri post consecrationem, illas applicandi aut utendi pro suis usibus; et pro rata estimationis capitalis, dempta una quarta parte summe capitalis, dabit redditum annuum denario decimo sexto redimibilem. Si vero domos habere noluerit, fiat omnimodo separatio a domo episcopali, et aptentur, ut separatim elocentur. Pretium elocationis aut redditus pro rata dividetur famulis meis et ancille Joanne, pro arbitrio et judicio meorum executorum, qui singulis assignabunt ex istis proventibus redditum vitalem, ut et redditum quinquaginta florenorum emptum super Statibus a mercatore Smit. Ipsis vero morientibus, devolvetur tunc ad seminarium Antverpiense.

Fiat fundatio quadraginta florenorum in ecclesia cathedrali, in qua volo distribui episcopo presenti coronatum aureum franciscum pro singulis officiis, reliquum tertiatim dividi; ex quibus canonici habebunt duas tertias, et alia tertia dividetur equaliter inter capellanos et cantores.

Ex redditu quinquaginta florenorum, quem debet mihi frater meus Guilielmus, volo relinqui duodecim florenos annuos pro anniversario meo, patris, matris et amicorum in ecclesia dive Gudile Bruxelle; item duodecim florenos annuos pro choralibus, quando ab officio chorali dimittuntur Bruxelle; sex florenos annuos ex eodem redditu pro monasterio Bruxelle in Cauwenberghe; celebretur anniversarium.

Lego fratri meo Thome, sorori Catharine, nepoti Auberto Mireo, pecuniam, quam dedi illis mutuo; quam ab illis repeti nolo.

Bibliotheca mea distribuatur judicio fratris Judoci Le Mire inter nepotes nostros studiosos.

Singulis fratribus et sororibus unam pateram argenteam vel deauratam ex iis, que invenientur in mea suppellectile; ex quibus ad me etatis senior eliget, quam vellet.

Patrimonium meum relinquo legittimis meis heredibus, qui equaliter inter se divident prout juris.

Solutis debitis et legatis, quicquid supererit bonorum aut actionum mearum, quocumque titulo nominentur, volo dividi in tres partes; videlicet, una pars erit pro meis legittimis heredibus, inter se equaliter dividenda, ita tamen ut frater meus et Anna eadem post mortem suam relinquant ad pios usus, si ea non consumpserint. Due alie tertie impendentur in emptione reddituum pro fundatione bursarum, quarum una erit in collegio regio Duaceno pro studioso litterarum aut philosophie; alia vero pro studioso theologie in seminario regio Duaceno sine tamen ulla obligatione ad pastoratum, quando erit ex consanguineis. Burse ille fundabuntur cum conditionibus, que videbuntur executoribus testamenti convenire, ita tamen ut illa conditio addatur semper preferendos esse fundatoris consanguineos. Si quid supersit, volo fundari quinquaginta florenos annuos pro subsidio aliquo dando puellis ex sanguine nostro, que sustententur in beguinagio Bruxelle, cum illa modificatione, que videbitur fratri meo Judoco. Si quid adhuc supersit, impendetur in fundandam bursam, ut supra. Ita quod constituam et nomino meos heredes pro una tertia consanguineos meos, pro vero aliis tertiis duabus bursarios seu bursas fundandas.

Executores testamenti hujus nomino dominum Joannem Del Rio, decanum nostre ecclesie, magistrum Judocum Le Mire, Aubertum Mireum et Franciscum Van Zype; singulis ultra vacationes unam pateram argenteam quinquaginta florenorum.

Hanc esse meam voluntatem extremam et verum ac legitti-

mum testamentum, licet omnes solemnitates non sint servate, aut etiam alique sint omisse, declaro ac signatum manu mea confirmo.

Actum Antverpie, tertio januarii anno millesimi sexcentesimi undecimi.

Ita est : JOANNES MIRAEUS, episcopus Antverpiensis.

IV.

Testament de Jean Malderus, cinquième évêque d'Anvers[1].

26 juillet 1633.

In nomine Domini, amen. Notum sit universis, quorum interesse poterit, nos Joannem Malderum, episcopum Antverpiensem, condidisse in his scriptis testamentum nostrum in hunc, qui sequitur, modum.

Obitus domini Jacobi Dengihoul, hujus ecclesiae canonici et presbiteri.

Obitus magistri Jacobi Kerkove, canonici Andanensis.

Obitus domicellae Mariae de Berlo, ecclesiae Andanensis scholasticae.

Obitus reverendi domini Huberti Remy, pastoris Andanensis.

MAY.

Obitus Petri de Viesme, hujus capituli receptoris, et Annae Pottelet, uxoris ejus.

Obitus Mariae Carolae Clermont.

Obitus domicellae Annae Catharinae de Groesbeck, hujus ecclesiae canonissae, et matris ejus.

Obitus domicellae Catharinae de Monbertin.

Obitus domicellae Agnetis d'Eve, canonissae hujus ecclesiae Andanensis.

Obitus nobilis viri domini Huberti de Fanson.

Obitus dominini Nicolai de Fanson, presbiteri, nec non religiosi sancti Huberti in Ardinia, et patris ejus et matris et omnium parentum.

Obitus domini Ignatii Meunier, quondam hujus ecclesiae canonici, et parentum ejus.

JUIN.

Obitus nobilis et venerabilis dominae dominae Helenae de Berlo dictae de Brus, quondam hujus ecclesiae praepositae.

Obitus domicellae Adrianae de Brant, hujus ecclesiae canonissae.

Obitus Elisabeth de Tony et benefactorum.

Obitus magistri Egidii de Roucourt, capellani Andanensis.

Obitus domini magistri Guillielmi Burlen, presbiteri Andanensis.

Obitus Annae de Braibant.

Obitus domicellae Joannae de Namurco, canonissae hujus ecclesiae.

Obitus nobilis ac generosae dominae Catarinae d'Hoensbrocht, praepositae Andanensis, sororis et fratris ejus.

JUILLET.

Obitus domini Odouardi Doige, hujus ecclesiae canonici.

Obitus domini Leonardi, comitis d'Elsius, et dominae Philippinae Carolinae de Vander Gracht, olim canonissae hujus ecclesiae, conjugum.

Obitus nobilis ac generosae domicellae Margaritae de Brandembourg, canonissae hujus ecclesiae.

Obitus domicellae Claudae de Custine, canonissae hujus ecclesiae et matris Nicolai de Poully, dominae temporalis de Aufflance.

Obitus domicellae Mariae Franciscae de Moytrey dictae Custinne, canonissae Andanensis.

AOUST.

Obitus domini Engelberti Bonen, presbiteri et hujus ecclesiae canonici.

Obitus domini magistri Joannis de Borsut, canonici hujus ecclesiae.

Obitus domicellae Franciscae de Grosbeck, canonissae Nivellae.

Obitus domicellae Agnetis de Berlo, hujus ecclesiae canonissae.

Obitus domicellae Jacobae de Furnau.

SEPTEMBRE.

Obitus domicellae Annae de Nassau, hujus ecclesiae cano-

nissae, nec non domicellae Guillelminae de Nassau, ejus sororis.

Obitus domicellae Annae Catharinae d'Argenteau, canonissae hujus ecclesiae.

Obitus nobilis domicellae Joannae de Rouveroit.

Obitus dominae Annae de Vaulx, uxoris domini de Wisteleiben.

Obitus domini ac magistri Nicolai Boyettermanne, presbiteri et canonici Andanensis.

Obitus domini Bartholomaei Forart, presbiteri et canonici hujus ecclesiae.

Octobre.

Obitus domini Lamberti Dury, presbiteri et hujus ecclesiae canonici.

Obitus nobilis domicellae Catharinae de Berlo dictae de Fontenoy, canonissae et hujus ecclesiae scholasticae.

Obitus domini Everardi Daspe, hujus ecclesiae canonici.

Obitus dominae Catharinae de Hamal, uxoris domini de Wionville.

Obitus domini Joannis Pauli, capellani et custodis hujus ecclesiae.

Obitus domini Joannis de Fourvy, presbiteri.

Novembre.

Obitus nobilium dominarum Mechtildis et Margaritae ab Elderen, sororum, hujus ecclesiae praepositarum.

Obitus dominae Jovettae de Altera Ripa, praepositae.

Obitus domini Joannis André, parochi Andanensis, et propinquorum ejus.

Obitus nobilis ac generosae domicellae Magdalenae de Hanxclaire, hujus ecclesiae canonissae et scholasticae.

Obitus nobilis ac generosae domicellae Mariae Beggae de Groesbeeck, hujus ecclesiae canonissae.

Obitus nobilis domini Ludovici de Fancon, presbiteri et hujus ecclesiae canonici.

DÉCEMBRE.

Obitus domicellae Annae de Crehen.

Obitus domini Henrici de Wistleben.

Commemoratio Pippini, filii beatae Beggae.

Commemoratio nobilis Ytuberge, matris beatae Beggae.

Obitus domini Hugonis, regis.

Commemoratio domini Ansigissi, beatae Beggae conjugis.

Obitus dominae Engelbertinae de Gougnies, scolasticae hujus ecclesiae, dominarum Isabellae de Gougnies, praepositae, Robertinae Carolinae de Gougnies, praepositae, sororum et parentum.

Les obits de praesentibus in choro, *comme s'ensuit* :

JANVIER.

Obitus Mariae de Senseille, decanae, domini Theodorici, militis, et dominae Adde, parentum ejus.

Obitus domicellae Agnetis de Lanoy.

Obitus domicellae Margaritae de Bloise, canonissae et scholasticae hujus ecclesiae.

Obitus domicellae Catharinae de Louverval et de Daysa.

Obitus domicellae Heluidis de Semeng.

Obitus domicellae Joannae de Lyntot.

Obitus domini Michaëlis, presbiteri, dicti Beluvot, quondam custodis istius ecclesiae.

Obitus dominae Mariae de Huppi, praepositae, et domicellae Joannae de Mailli et parentum ejus.

Obitus domini Joannis Jamar, hujus ecclesiae capellani.

Obitus domicellae Yolendis de Senseille.

FEBVRIER.

Obitus domicellae Lore de Dolendor.

Obitus Henrici dicti Badoul, uxorisque et parentum ejus.

Obitus domicellae Joannae de Maulli.

Obitus nobilis et generosae dominae Joannae d'Eve, nec non maritorum ejus et omnium ejus parentum.

Obitus dominae Jacobae de Senseille, decanae.

Obitus domini Hubini de Comongne, militis.

Obitus domini Hugonis de Baluini, militis, et dominae Mariae de Listrenelle, uxoris ejus.

Obitus nobilis domini domini Nicolai d'Oultremont, militis.

Obitus generosi et nobilis viri Judoci de Hun, et domicellae Catharinae de Ceille, ejus conjugis.

Obitus domicellae Joannae Dobenciolle.

Mars.

Obitus domicellae Elisabeth de Rume.

Obitus domini Michaëlis de Warisoul, militis.

Obitus discreti Petri Clausfin.

Obitus domicellae Mariae de Bordeau.

Obitus Nicolai dicti le Crapourceau.

Obitus dominae Heillwidis Derpen, praepositae.

Obitus domicellae Annae de Herenhoven, canonissae hujus ecclesiae.

Obitus domicellae Agnetis de Sentuen.

Obitus Philippi de Raisse et domicellae Catharinae, uxoris ejus, et parentum domicellae Guillelminae de Raisse, et amicorum et benefactorum ejus.

Commemoratio dominae Joannae de Landré.

Obitus dominae de Rez, hujus ecclesiae decanae.

Obitus Joannis de Bossu, uxoris et omnium parentum ejus.

Obitus domicellae Elisabeth de Serclas, una cum....

Obitus domicellarum Catharinae, etiam canonissae Andanensis, et Catharinae viduae, sororum.

Obitus domicellae Margaritae de Mane.

Obitus domicellae Berthelenae Delloye, hujus ecclesiae quondam canonissae.

Obitus domicellae Margaritae de Casteleir.

AVRIL.

Obitus Emelettae de Faict, Henrici Muti et uxoris ejus.

Obitus dominae Mariae de Huppi, praepositae.

Obitus Jacobi de Seille, canonici.

Obitus domicellae Catharinae Dassinniez.

Obitus domicellae Elisabeth de Duaco.

Obitus domicellae Mariae de Pondremi.

Obitus domicellae Joannae de Bienne.

Obitus domicellae Lignoris De Donever.

Obitus domicellae Aelidis de Donever.

Obitus domicellae Franciscae de Boulan, hujus ecclesiae canonissae.

Obitus domicellae Poronae de Recourt, hujus ecclesiae canonicae.

MAYE.

Obitus nobilis et virtuosae dominae dominae Mariae de Reviere, quondam praepositae Andanensis.

Obitus domini Joannis de Malroye, canonici Andanensis.

Obitus dominae Amphlidis de Juri, decanae.

Obitus nobilis ac virtuosae domicellae Guillemettae de Boubbais, cantricis hujus ecclesiae.

Obitus domini Joannis Eletis, canonici.

Obitus Franciscae d'Eve, junioris scholasticae, et nobilis domicellae Joannae de Walef.

Obitus domicellae Mariae de Senseille, hujus ecclesiae canonissae, nec non nobilis viri Henrici de Longo et domicellae Catharinae de Clobier, ejus uxoris.

Obitus domicellae Mariae de Croix.

Obitus domini Richardi Fabri, canonici nec non pastoris Andanensis.

Obitus Simonis Carnificis.

Obitus domicellae Mariae de Mauiens.

Obitus nobilis viri Roberti Delloye, scutiferi.

Obitus domicellae Margaritae de Duaco.

Obitus domini Joannis Boutri, militis, et dominae Mariae, uxoris ejus.

Obitus domicellae Mariae Mansigni.

Obitus domicellae Elisabeth de Senseille, cerariae.

Obitus dominae Catharinae de Lovirval, praepositae.

Obitus dominae Joannae de Birbaco.

Obitus domicellae Mariae de Senseille et nobilis viri Jacobi de Senseille.

Obitus domicellae Elisabeth de Donstien.

Obitus domini Joannis de Furno, patris et matris ejus, omniumque parentum ejus.

Obitus domicellae Annae de Namurco.

Obitus dominae Adrianae de Huy.

Obitus domini Joannis Noël, presbiteri, et Joannis, patris ejus, et matris et omnium parentum.

Obitus Jaspar Noël.

JUIN.

Obitus magistri Jacobi de Lorgies.

Obitus domicellae Elisabeth de Reves.

Obitus domicellae Elisabeth d'Oultremont.

Obitus domicellae Mechtildis de Senseille.

Obitus domini Joannis Carnificis, presbiteri.

Obitus nobilis viri Huberti de Fanchon.

Obitus domicellae Gelae de Soumaingne.

Obitus domicellae Beatricis Dierpen.

Obitus domini Matthei Leffenne, canonici hujus ecclesiae.

Obitus domicellae Aelidis de Ville.

Obitus domini Joannis La Salle, presbiteri canonici.

Obitus Joannis Detiseden et domini Joannis, filii ejus.

Obitus domicellae Margaritae de Brus.

Obitus domicellae Margaritae de Landas.

Obitus domini Petri de Reppe, presbiteri.

Obitus dominae Joannae de Landre, decanae.

Obitus Rasquini de Contiche et parentum ejus.

Obitus domini Joannis Sotteau, canonici hujus ecclesiae.

AOUST.

Obitus domicellae Odae de Longueville.

Obitus domicellae Sibillae et domicellae Joannae de Soumaingne.

Obitus domicellae Beatricis de Lovirvaul.

Obitus domicellae Joannae de Warisoule.

Obitus domicellae Robertae de Sane.

Obitus domicellae Ydae et Perotae de Donever.

Obitus domini Joannis de Petra, canonici nostri.

Obitus domini Petri de Contiche, presbiteri.

Obitus domicellae Simonae de Wuerquineule.

Obitus dominae Elisabeth de Soumaingne, quondam praepositae.

Obitus domini Joannis Hulpan, presbiteri.

Obitus domicellae Mariae de Borlay et Henrici Varté, ejus mariti.

Obitus domicellae Guillemettae de Raisse.

Obitus domicellae Jacobae de Casseler.

SEPTEMBRE.

Obitus domicellae Clemenciae de Rermes.

Obitus Magtildis de Spaingni.

Obitus domini Nicolai, heremitae.

Obitus domicellae Jacobae de Waureumont.

Obitus domini Francisci Maluvar.

Obitus domicellae Eagerumen de Donqueur.

Obitus domicellae Joannae Orimaux.

Obitus nobilis et virtuosae dominae dominae Joannae de Mares, quondam praepositae Andanensis.

Obitus nobilis dominae dominae Elisabeth de Flandria.

Obitus Yolandis de Mansigni.

Obitus domicellae Joannae de Vierceu.

Obitus domicellae Mariae de Vau.

Obitus nobilis domini Balduini de Borlei.

Obitus domini Egidii de Bersee, presbiteri.

Obitus domicellae Agnetis de Sancto Luciano, scholasticae Andanensis.

Obitus domicellae Aelidis de Gavre.

OCTOBRE.

Obitus domini Adulphi, investiti Sachei.

Obitus domini Nicolai Destree.

Obitus domicellae Joannae de Mansigni, ecclesiae Andanensis scolasticae.

Obitus domini Gerardi de Spontin, militis.

Obitus domicellae Annae de Namurco.

Obitus dominae Margaritae, decanae, de Mansigni.

NOVEMBRE.

Obitus domicellae Adelinae de Somaingne.

Obitus domicellae Elisabeth, scolasticae.

Obitus Wilherini dicti Viulina, et Magtildis, uxoris ejus.

Obitus domicellae Mariae de Barbenchon et Gerardi, subdiaconi.

Obitus domini Nicolai de Contiche.

Obitus domicellae Ludovicae de Assigni, quondam hujus ecclesiae canonissae.

Obitus providi viri Mathiae le Scalté, hujus ecclesiae quondam canonici.

Obitus domicellae Catharinae de Ceelle, canonissae hujus ecclesiae.

Obitus Petri de Thenis.

Obitus dominae Joannae de Blargni, decanae.

Obitus dominae Guillelminae de Sane, praepositae.

Obitus nobilis et virtuosae domicellae Mariae Delloye, hujus ecclesiae quondam concanonissae.

DÉCEMBRE.

Obitus Anselmi de Mamines et ejus uxoris.

Obitus domicellae Catharinae de Bohain.

Obitus dominae Catharinae de Senseille, uxoris quondam domini Danielis de Seille, militis.

Obitus nobilis et virtuosae domicellae Margaritae de Brandeburch, quondam hujus ecclesiae canonissae.

Obitus domicellae Gertrudis de Casteleir.

Obitus domicellae Adae de Bieme.

Obitus domicellae Franciscae Deve.

Les obits des communs, comme s'ensuit :

JANVIER.

Obitus Magthildis Weis et Maghinae, filiae le Chauvyal.

Obitus Berthae, uxoris advocati.

Obitus domicellae Elisabeth de Bouleir et domicellae Aelidis Theutonicae.

Obitus Hawidis de Novilia et Hugonis, custodis sancti Albani Namurcensis et canonici Andanensis.

Obitus dominae Magtildis de Bossut, decanae.

Obitus domicellae Aelidis de Ham et Philippi Dierpen.

Obitus domini Balduini Le Potier.

Obitus domicellae Gertrudis de Lovirval.

Obitus Michaëlis, custodis ecclesiae beatae Beggae Andanensis.

FEBVRIER.

Obitus Ricoldis et Mariae Bricque.

Obitus domini Henrici, ducis Limbordiae et Siciliae.

Obitus domini Egidii d'Eve, militis, et dominae Beatricis de Sanzelle, uxoris ejus.

Obitus domini Jacobi dicti Paival, presbiteri, et Idae, uxoris Petri de Mellin.

Obitus domini Warneri de Dinant, militis.

Obitus domicellae Catharinae de Vinalmont et Amelii, ejus mariti.

Obitus nobilis et venerabilis dominae dominae Joannae d'Eve, quondam hujus ecclesiae praepositae.

Obitus nobilium domini Wilhelmi de Flandria, dominae Catharinae de Savoie, comitissae Namucensis, et Roberti de Flandria.

Obitus Hawidis de Hanneche.

Obitus Joannae, filiae Danielis Panificis.

Obitus Nicolai dicti Le Petit Colon et Elisabeth, uxoris ejus.

Obitus Magthildis de Ham.

Obitus dominae Mariae de Soumaingne, decanae.

MARS.

Obitus domini Joannis, quondam praepositi Scladiniensis et canonici Andanensis.

Obitus domicellae Catharinae Serclaus, canonissae Andanensis, et domicellae Catharinae, sororis ejus, viduae.

Obitus domini Nicolai d'Eve, canonici hujus ecclesiae.

Obitus providi viri domini Nicolai Gaillart, presbiteri, quondam hujus ecclesiae canonici.

Obitus Jacobi Sotteau et Mariae, ejus uxoris.

Obitus nobilis domini temporalis Godefridi de Horion.

Obitus honorabilis domini domini Guillelmi de Ville, capellani hujus ecclesiae, et omnium parentum et benefactorum.

Obitus domicellae Gilettae d'Eve, canonissae hujus ecclesiae.

Obitus venerabilis domini Fremini de Campana, capellani hujus ecclesiae, et matris ejus.

Obitus domini Guidonis, comitis Flandriae.

Obitus Joannis dicti Ribodoulle et Mariae, uxoris ejus.

Obitus domini Theodorici, presbiteri, Elisabeth, sororis ejus, Reneri et Balduini, fratris, ejus.

Obitus domini Egidii de Croix, et Peronnae, ejus uxoris.

Obitus domicellae Joannae de Gorgbechon.

Obitus domini Adulphi, comitis.
Obitus Dodae, abbatissae.
Obitus domini Joannis de Fresin.
Obitus domini Joannis Beilleunotte, presbiteri.
Obitus Joannae, uxoris Rigaldi de Falai.
Obitus domicellae Agnetis de Selebes, Joannis de Vare et et Mariae Recoldis.
Obitus domicellae Clausae de Reve.
Obitus domini Anselmi de Lovirval.
Obitus domicellae Margaritae de Warner.
Obitus domini Danielis de Seille, militis.

Avril.

Obitus domini Henrici de Gore, canonici sancti Pauli Leodiensis.
Obitus Facini, canonici.
Obitus Joannis de Curia.
Obitus Mariae, uxoris Nitilardi de Croix.
Obitus Arnoldi de Hupegnies.
Obitus domicellae Adae de Sanseille.
Obitus Joannis de Hainau.
Obitus Joannis de Curia et Idae, uxoris ejus.
Obitus nobilis ac generosi viri Dionisii de Berlo, alias de Brus, et nobilissimae Mariae Doyembrugghe, uxoris ejus.
Obitus Joannae, ancillae domicellae Margaritae de Casseles.
Obitus domini Hugonis Leodiensis.
Obitus dominae Margaritae Doncœur, decanae.
Obitus domini Joannis Matthias, canonici Andanensis.
Obitus domini Simonis de Froidbise, capellani.
Obitus Joannis de Mansigni, et domicellae Mariae, uxoris ejus, et dominae decanae de Mansigni, amicorum et benefactorum eorum.
Obitus Joannis Juvenis, omnium amicorum ejus.

Obitus domicellae Iwettae de Altera Ripa et Gerardi de Paille.

Obitus domicellae Antoniae de Senseilles, canonissae.

MAY.

Obitus Joannis de Ierpen et domicellae Joannae, sororis ejus.

Obitus domini Joannis de Gavres, militis, dominae Sibiliae, uxoris ejus, parentum domicellae Aelidis de Gavres, et amicorum eorum.

Obitus domicellae Margaritae de Warisoul.

Obitus domicellae Guiboidis.

Obitus domicellae Mariae Deskaens.

Obitus domicellae Aelidis de Kevrecuer, scolasticae Andanensis.

Obitus domini Godefridi, militis, et dominae Idae, uxoris ejus.

Obitus magistri Egidii de Baillowel, presbiteri et sacrae theologiae doctoris.

Obitus venerabilis dominae Barbarae de Beaufort, olim decanae ecclesiae collegiatae sanctae Beggae Andanensis.

Obitus domicellae Margaritae de Balwini.

Obitus domicellae Berthae de Han.

Obitus domini Petri de Grosse, presbiteri.

Obitus domicellae Anthoniae de Blois, canonissae hujus ecclesiae.

Obitus domicellae Catharinae Delloye, canonissae hujus ecclesiae.

Obitus domicellae Catharinae Delloye, senioris.

Obitus Jaspar Noël.

JUIN.

Obitus reverendissimi patris in Christo Adulphi, episcopi Leodiensis.

Obitus domini Roberti de Namurco.

Obitus dominae Mariae de Lovirvaulx, quondam decanae ecclesiae nostrae.

Obitus domicellae Idae de Cren.

Obitus domicellae Joannae de Gorgbechon.

Obitus domini Alardi de Soumaingne et dominae Elisabeth, ejus uxoris.

Obitus domini Godefridi d'Eve, militis, et dominae Margaritae Le Pantier, uxoris ejus.

Obitus domini Theodardi, clerici.

Obitus domicellae Margaritae Delloye, canonissae hujus ecclesiae.

Obitus domicellae Mariae de Donever.

Obitus Wilhermi de Comogne, nostri confratris.

Obitus Wilhermi de Longchamp, nostri canonici.

Obitus Joannis Michaëlis, hujus ecclesiae custodis.

Obitus nobilis viri Egidii Delloye.

Obitus nobilis viri domini Delloye et domicellae Adrianae de Hun, uxoris ejus.

Obitus domini Egidii Tibau, presbiteri.

JUILLET.

Obitus domini Nicolai de Contiche, presbiteri, et Mariae, sororis ejus, et Egidii Mouvin.

Obitus venerabilis dominae Annae de Vaux, quondam decanae hujus ecclesiae.

Obitus domicellae Elisabeth de Morgni.

Obitus domicellae Margaritae de Somengne.

Obitus domini Wilhermi, quondam advocati, et Jacobi, claustrarii nostri, et Elisabeth, uxoris ejus.

Obitus Godefridi de Novilia.

Obitus nobilis viri domini Joannis Weyx et domicellae Alerdiae, uxoris ejus, dicti de Giplu.

Obitus domicellae Joannae Delloye.

Obitus nobilis viri domini Thomae de Crupest, equitis.

Obitus nobilis viri domini Gerardi Delloy et uxoris ejus.

Obitus domicellae Mariae de Senseille.

Obitus domini Anselmi de Atrio, presbiteri.

Obitus dominae Margaritae de Donever, decanae, parentum ejus et dominae de Hermeis.

Obitus domicellae Mariae de Baluin.

Obitus Rasonis de Holgnoulle, presbiteri.

Obitus Joannis de Broulle.

AOUST.

Obitus domicellae Elisabeth de Spontin, Gerardi de Fumalia et Elisabeth Le Douche.

Obitus domicellae Hawidis de Houten.

Obitus domini Petri Betunien, praepositi.

Obitus domini Joannis de Marchiel.

Obitus domicellae Mariae de Lovirval.

Obitus Emengardis, filiae Seron.

Obitus domini Joannis de Guistel.

Obitus parentum domicellae Mariae de Vau.

Obitus domicellae Vivette de Boudweyx.

Obitus domicellae Catharinae de Sanselle, quondam praepositae.

Obitus Hubini de Comongne.

Obitus Reginae Plectridis.

Obitus domicellae Aelidis de Kauen.

Obitus domicellae Joannae Daverne.

Obitus Henrici Bonon et ejus uxoris.

Obitus domicellae Annae de Gavre.

SEPTEMRBE.

Obitus domicellae Clemenciae de Mellin et domicellae Julianae, uxoris quondam Baslini Bomlet.

Obitus domicellae Hawidis de Monte.

Obitus Mariae, filiae Hugonis de Salice, et domicellae Philippae de Altera Ripa.

Obitus domini Joannis, militis, de Melbodio.

Obitus Mathildis de Loisi Chauviaux et Aelidis, ejus uxoris.

Obitus Aelidis de Morgni et domicellae Mariae de Cren.

Obitus Theobaldi et ejus uxoris.

Obitus Beatricis de Montigni.

Obitus Nicolai dicti Rosseau et Martinae, uxoris ejus.

Obitus Beatricis Cou et Aelidis Teutonicae, Andanensis canonissae.

Obitus domini Joannis de Lospital, presbiteri.

Obitus Theodorici, militis, de Sanseille et domicellae Elisabeth, ejus uxoris.

Obitus magistri Michaëlis de Warisoul.

Obitus Jacobi de Horseille, villici Andanensis.

Obitus Walteri Boiliawe de Thenis.

Obitus Joannis Roselli, canonici.

Obitus domicellae Lignioris de Sane.

Obitus domicellae Margaritae de Bernaige.

Obitus domini Joannis de Forvie, presbiteri, omniumque ejus parentum.

Obitus domicellae Beatricis Warquinoul.

Obitus Mariae de Givet.

Obitus primus domicellae Elisabeth de Dono Stephani, nostrae canonissae.

Octobre.

Obitus Walteri de Cipplet.

Obitus Agnetis de Han, canonissae Andanensis.

Obitus magistri Leonardi de Pratis, presbiteri.

Obitus dominae Secundae et domini Joannis de Burgundia.

Obitus domini Nicolai de Buai et Paschae, ejus uxoris.

Obitus domini Petri Morlet, presbiteri.

Obitus Joannis Viria et uxoris ejus.

Obitus domicellae Catharinae Doutremont et Margaritae, sororis ejus.

Obitus domicellae Margaritae de Blois, ecclesiae Andanensis scolasticae.

Obitus dominae Elisabeth de Valle, uxoris domini Joannis de Valle, militis, Mariae de Beguine et parentum ejus.

Obitus Balduini dicti Le Grogmis et Catharinae, ejus uxoris.

Obitus Simonis Jodree et Arnoldi Eutare.

Obitus Elisabeth Le Farchie et Egidii de Humin.

Obitus domini Joannis Colaie et Gerardi Le Bugo.

Obitus domini Willermi de Altera Ripa et ejus uxoris.

Obitus Jacobi de Comogne.

Obitus venerabilis viri ac domini Godefridi de Boursoy, presbiteri et canonici hujus ecclesiae.

Obitus domicellae Elisabeth de Gothen.

Obitus domicellae Annae de Quarré, canonissae hujus ecclesiae, ejusque simul parentum.

Novembre.

Obitus nobilium patris et matris nobilis domicellae Agnetis Desclaives.

Obitus domicellae Catharinae de Brandeberghe.

Obitus primus domini Joannis de Malroie, canonici et decani consilii Andanensis.

Obitus domicellae Emengardis de Hauchi.

Obitus Goffardi de Beaurewart, quondam villici de Burdini.

Obitus Magthildis de Fay.

Obitus domini Lucduini, episcopi.

Obitus Perotae, canonissae hujus ecclesiae.

Obitus Agnetis de Spontin.

Obitus Magtildis Dierpen.

Obitus Theodorici Martini, civis Namurcensis.

Obitus domicellae Catharinae d'Eve.

Obitus Iolendis de Monte.

Obitus domicellae Mariae de Sancto Amando.

Obitus domini Walteri de Croix.

Obitus Joannis de Contiche et ejus uxoris.

Obitus providi viri domini Joannis Gransire, presbiteri, quondam hujus ecclesiae canonici.

Obitus Franciscae Gillen.

Obitus domini Joannis de Comongne, militis.

Obitus domicellae de Jacea.

Obitus domicellae Mariae de Boillai et Henrici Watre, ejus sponsi.

Obitus Margaritae de Dormitorio.

Obitus Mariae de Hanuto.

Obitus domini Bertrandi Maroul, presbiteri.

Obitus domini Warneri Anclette.

Commemoratio domini Egidii de Hersee, presbiteri et parentum ejus.

Décembre.

Obitus domini Joannis dicti Le Blons et dominae Joannae de Nameche.

Obitus domicellae Catharinae de Bohen.

Obitus Joannis de Bossu et omnium amicorum ejus.

Obitus magistri Henrici de Poillevache, canonici sancti Albani.

Obitus magistri Hugonis, quondam canonici ecclésiae nostrae Andanensis.

Obitus domicellae Helenae de Mares.

Obitus magistri Egidii Briot, hujus ecclesiae canonici.

Obitus Henrici dicti Lottet et Mariae, ejus uxoris.

Obitus domicellae Iolendis de Pitrainge et domini Simonis de Andana.

Obitus domicellae Clemenciae de Flostoir.

Obitus domicellae Mariae dictae Le Stonee.

Obitus nobilis ac generosi viri Roberti Delloye et domicellae Joannae d'Eve, ejus uxoris.

Obitus dominae Gelae de Sanseille.

Obitus nobilis ac generosi domini Georgii d'Eve, nec non ejus uxoris Margaritae de Martigni.

Obitus domini Godefridi d'Eve, militis, et dominae Mariae de Paneir, ejus uxoris[1].

Obitus domicellae Barbarae de Namurco, canonissae hujus ecclesiae.

Obitus Philippi de Froucourt, nostri canonici.

[1]) Ci-dessus, p. 363, l'épouse de Godefroid d'Eve est nommée Marguerite Le Pantier.

Rapport adressé au Souverain Pontife Grégoire XIV, par Liévin Torrentius, évêque d'Anvers, sur l'état de son diocèse en 1591.

De temps immémorial, les évêques sont obligés de visiter en personne les tombeaux des apôtres saints Pierre et Paul. Le pape Sixte V donna à cette obligation un caractère précis et légal par sa bulle *Romanus Pontifex* du 13 des calendes de janvier 1585. Octave Frangipani, nonce du Saint-Siége à Cologne, intima cette bulle aux évêques de nos contrées et en pressa l'exécution. L'évêque d'Anvers Torrentius avait demandé, à plusieurs reprises, d'être dispensé de la visite *ad limina apostolorum* à cause de son âge avancé et du triste état dans lequel se trouvait son diocèse. Il écrivit au nonce de Cologne, et sollicita, à Rome, l'intervention de son protecteur et ami le cardinal Caraffa. Malheureusement, ce dernier mourut avant d'avoir pu obtenir la dispense désirée. Torrentius confia alors sa demande au père Georges de Duras, recteur du collége de la Compagnie de Jésus à Anvers, qui partait pour Rome. Mais, avant même que celui-ci fut arrivé dans la ville éternelle, Sixte V était mort et remplacé par Urbain VII, qui, lui aussi, succomba peu de jours après. Le père de Duras ne pouvant prolonger son séjour à Rome, l'évêque d'Anvers accorda à son vicaire général François Van Thienen[1] la délégation nécessaire pour faire,

[1]) François van Thienen, licencié en théologie, chanoine de la cathédrale d'Anvers et vicaire général de l'évêque, se rendait à Rome pour défendre ses droits sur une prébende canoniale qu'on voulait lui enlever.

en son nom, la visite *ad limina* et remettre au Souverain Pontife le rapport sur l'état du diocèse d'Anvers que nous publions ci-dessous. Ce rapport est un document des plus intéressants : l'évêque y retrace, d'une manière émouvante la situation désespérée de la religion catholique à Anvers après les exploits des gueux du XVIe siècle.

Dans une lettre, en date du 29 avril 1591, adressée à Grégoire XIV, Torrentius lui recommande vivement son mandataire, et mentionne toutes les persécutions et même la captivité que celui-ci avait endurées, pour la bonne cause, de la part des hérétiques. Van Thienen connaissait parfaitement le diocèse d'Anvers, car il en avait fait lui-même la visite canonique[1].

Il résulte d'une lettre adressée à Torrentius, le 25 septembre 1591, par le cardinal Matthaei (lettre que nous reproduisons aussi ci-dessous) que le rapport remis par Van Thienen fut communiqué à la congrégation du concile de Trente, et excita des sentiments de commisération dans le cœur de tous ses membres.

Voyez, au sujet de la *visitatio liminum*, les *Analectes*, I, pp. 98 sv. où l'on trouve aussi un rapport adressé à Paul V, en 1615, par Maldérus, successeur de Torrentius sur le siége épiscopal d'Anvers.

L. Theunissens.

1) Voyez les lettres adressées par Torrentius au cardinal Caraffa, dans les *Comptes rendus des séances de la Commission royale d'histoire*, 3e série, XI, pp. 208-237.

I.

Rapport de Torrentius, évêque d'Anvers[1].

1591.

Beatissime Pater.

Cum non solum antiqua eaque laudabili constitutione omnes episcopi limina apostolorum Petri et Pauli statutis temporibus visitare ac rationem suarum diocesium reddere teneantur, verum etiam jussu felicis recordationis Sixti papae V, Sanctitatis Vestrae praedecessoris, per episcopum Cajacensem, Sedis Apostolicae nuncium Coloniae residentem, ad observationem constitutionis praedictae omnes episcopi Inferioris Germaniae fuerunt admoniti, devota Sanctitatis Vestrae creatura Laevinus Torrentius, episcopus Antverpiensis, diversis vicibus per bonae memoriae cardinalem Caraffam petiit apud Sixtum, papam praefatum, quod limina apostolorum justissimas ob causas hactenus personaliter non visitasset, excusari; sed nullatenus excusationi locus datus fuit, quin saltem per procuratorem hoc faceret.

Optaret summopere episcopus Sanctitatis Vestrae pedibus provolvi et oretenus miserias incredibilesque calamitates suae diocesis enarrare, sed obstat aetatis gravitas, obstant ista turbulentia tempora et praesentissimum totius suae diocesis periculum; maxima enim diocesis pars ab haereticis occupatur, qui per mare, per terras, singulis horis et momentis usque ad

[1]) On a ajouté postérieurement en tête du document la note suivante : « Praesens Antverpiensis diocesis status fuit, die 7 mensis septembris anno 1591, sub pontificatu papae Gregorii XIV, illustrissimis et reverendissimis dominis cardinalibus sacrae congregationis concilii Tridentini exhibitus et ab eisdem acceptatus, prout in litteris desuper reverendissimo domino episcopo Antverpiensi scriptis constat; quarum copiae in fine hujus sunt adjunctae. »

civitatis Antverpiensis portas excurrunt, et postremo haec diocesis ita militum petulantia depopulata, ita hostium immanitate devastata est, ut villae sine habitantibus atque agri sine colonis passim videantur. Unde fit, ut episcopus senex, in sexagesimo septimo aetatis suae anno constitutus, pauper, tantisque periculis circumcinctus, consulte non possit tantum iter suscipere. Ut autem suae obedientiae debitum, quod huic sanctae Sedi Apostolicae, cujus se obsequentissimum filium profitetur et gloriatur, persolveret, deputavit suum specialem procuratorem ac nuncium Franciscum van Thienen, vicarium suum generalem, sacrae theologiae licentiatum et ejusdem ecclesiae canonicum, ut ejus nomine limina sanctorum apostolorum Petri et Pauli, post Vestrae Sanctitatis pedum oscula et obedientiam praestitam, visitet, ac rationem statumque diocesis Antverpiensis, quam vicarius praedictus non sine maximo vitae suae periculo visitavit, ea qua decet reverentia exponat. Qui pio corde ad praedicta praestanda praesens constitutus, supplicat Sanctitatem Vestram quam humillime, nomine sui episcopi ad visitationem praefatam juxta morem Romanae curiae admitti, praesentemque hunc actum pro primo quadriennio visitationis liminum actis ejusdem curiae inseri, ac suum episcopum pro hoc primo quadriennio a dicta visitatione absolutum declarari, sibique desuper instrumentum concedi.

Inter alias Galliae Belgicae ecclesias ad instantiam Philippi, regis catholici, per felicis recordationis Paulum papam IIII anno 1559 institutas sub archiepiscopatu Mechliniensi, ex collegiata erecta in cathedralem ecclesia Antverpiensis, Cameracensi archiepiscopo olim subjecta, loco tam celebri, ut a nemine ignoretur, erat tunc Antverpia (quantumvis nunc afflicta), emporium totius Europae nobilissimum, ut etiam futurum speratur, si, cessantibus armis, pax redierit.

Sed et durante bello, nulla in tota provincia Belgica civitas majoris momenti est, qua vel sola incolumi, reliquae deper-

ditae recuperari possint, desperaturae propemodum, sicut ante quinquennium fuit, si in hostium veniret potestatem.

Facta autem erectione novi Antverpiae episcopatus in ecclesia collegiata divae Mariae Virginis, primus a rege nominatus episcopus, Philippus Nigri, ante confirmationem defunctus est, eique successit Franciscus Sonnius, episcopus Buscoducensis, qui eidem ecclesiae sex tantum annis praefuit, et anno 76 diem clausit extremum. Interea sedes vacavit per undecim fere annos, succedente interim duci Albano in gubernationem commendatorio majore. Post cujus obitum anno 1577, turbata iterum multo gravius quam ante republica, inscius designatus fuit a rege Antverpiae episcopus Laevinus Torrentius, Gandavensis, canonicus et archidiaconus ecclesiae Leodiensis, et ipsius ibidem episcopi vicarius generalis.

Verum, exorto jam manifesto inter ordines Belgicos et regem catholicum bello, cum omnia in pejus ruerent, neque ecclesiae jurisdictioni locus esset, et novi episcopi multo in numero haberentur, excusavit se praefatus archidiaconus, quod tanto oneri se imparem agnosceret; donec tandem, sub finem ejusdem anni 1577, in Belgium gubernator venisset serenissimus dominus Joannes Austriacus; sub quo anno sequenti, publicata jam pace, vocatus in aulam dictus archidiaconus, qui pacificationi semper adfuerat, ac instantissime monitus, ut episcopatum acciperet, tandem id se facturum pollicitus est, si beneficio pacis res paulo melius ordinarentur, ita ut episcopi officio fungi posset.

Sed paucis post mensibus, cum haereticorum fraude atque perfidia, duce principe Orange, iterum in bellum istud funestissimum, quo hactenus laboramus, res erupisset, rebellante jam universa paene provincia ac vix ullo relicto catholicis religionis suae exercitio, fieri non potuit, ut Antverpiae, quae totius belli tanquam sedes erat, aliqua ecclesiae opera praestaretur, ejecto omni clero atque interdictis divinis officiis, quae sine gravissimis poenis fieri non poterant.

Voluit tamen clemens et misericors Deus, ut catholicorum res primum virtute Joannis Austriaci, ac post ejus mortem Alexandri Farnesii, melius succederent.

Atque ita, recuperatis cum aliis nobilissimis Belgii oppidis tum Antverpia, ac pace facta cum ceteris provinciis, excepta Hollandia et Zelandia, cum regi placuisset praedictum archidiaconum novo diplomate in episcopum postulare, tandem assensus est, sed invitus tam ob innatam sibi humilitatem et modestiam, quam ob incredibilem in administrando tali episcopatu difficultatem atque molestiam, maxime attenta jam graviori aetate sua et quod nulla superesset episcopi dos, et quod totis adhuc annis quatuor haeretici cujuscunque generis Antverpiae tolerarentur.

Quae quidem mala atque incommoda, quanquam ingentia, ipse designatus episcopus, a quo tempore consecratus fuit, nempe anno 1587 mensis septembris die 10, pro virili sua superare conatus est ac, Deo juvante, non parum profecit; sed quoniam, multa adhuc supersunt, et quidem talia, ut sine sanctae Sedis Apostolicae auctoritate atque auxilio sanari nequeant, supplicat humiliter sacris Sanctitatis Vestrae advolutus genibus, ut eadem paucis intelligere et, quod convenit, adhibere remedium non dedignetur.

Episcopatus Antverpiensis continet sub se quinque has partes, videlicet civitatem Antverpiensem, ac quatuor decanatus christianitatis: Lirensem, Herentalensem, Bredensem et Bergensem; et tota ista diocesis continetur sub ducatu Brabantiae.

Antverpia. — Civitas Antverpiensis, quae sedis est episcopalis, quinque et magnas parochiales habet ecclesias; quarum prima atque praecipua est ipsa ecclesia cathedralis, dedicata, ut praefertur, beatae Mariae Virgini. In qua inter omnes alias sanctorum et sanctarum reliquias solet esse praeputium Domini nostri Jhesu Christi, Salvatoris nostri, quod in tanta

veneratione habitum fuit, ut etiam in ejus honorem confraternitas instituta fuerit, in qua solum recipiebantur, et modo adhuc solum recipiuntur, proceres primates civitatis et primarii viri ecclesiastici dictae ecclesiae. Quae quoque confraternitas a Sanctitatis Vestrae praedecessoribus non solum confirmata, sed quam plurimis etiam indulgentiis decorata fuit; et licet hic praeclarus reliquiarum thesaurus in ultima ecclesiarum spoliatione per inimicos crucis Christi seu iconoclastes sublatus sit, tamen praedicta confraternitas permanet; singulisque annis observatur, et debitum divinum officium, sumptibus confraternitatis singulis septimanis constitutum ac a confratribus olim ordinatum, honorifice peragitur, et quotiescumque unus confratrum e vita decedit, statim in praedicta congregatione communibus votis juxta qualitatem defuncti alius eligitur, et electus, quibuscumque non obstantibus, electionem sic factam juxta privilegium praedictae confraternitatis acceptare tenetur.

In hac praedicta ecclesia sunt sex dignitates, videlicet decanatus, cantoria, archidiaconatus, archipresbiteratus, poenitentiaria et plebanatus; officia vero duo, nempe thesauraria et scholastria. Decanus non solum habet curam animarum omnium canonicorum et beneficiatorum dictae ecclesiae cathedralis, sed et beneficiatorum aliarum ecclesiarum et capellarum totius civitatis; et, quotiescunque ad divinum officium eju sdem ecclesiae accedit, praecedentem habet virgarium.

Cantori vero incumbit, ut divinum officium suis horis ac temporibus distincte, rite, suisque solemnitatibus, tam in choro quam extra chorum, a vicariis presbiteris ceterisque aliis ministris peragatur; et, si quid circa illud per praedictos delinquitur, cantoris est admonere et inobedientes capitulo deferre, postulans et insistens juxta qualitates delinquentis vel negligentis pro debita correctione. Estque ipsius cantoris officium omnes differentias inter ministros chori ortas audire et, si fieri potest, eas sopire, aut alias ad capitulum deferre.

Ipsiusque insuper est chorales, magistrum cantus et musicos chori approbare vel reprobare et in servitium acceptare. Et quia cantoria ante episcopatus erectionem fuit secunda dignitas, in sinu capituli et in choro post decanum adhuc, solito more, primum obtinet locum, praeter emolumenta suae praebendae, licet tertia sit dignitas eaque plurimum onerosa, prout ex praelibatis facile colligi potest. Habet circiter viginti aureos de camera, sub onere tamen duarum missarum in hebdomada, per ipsum celebrandarum; de quibus hoc tempore nequaquam recepit decem aureos, idque partim propter difficultatem temporum, partim quia agri inculti jacent, et postremo quod aut hostibus vel aquarum inundationi subjacent.

Tertio loco est archidiaconus, qui juxta concilii Tridentini canones sive in jure sive in theologia graduatus esse debet, ejusque officium est episcopo in omnibus pontificalibus assistere, et beneficiandos extra jurisdictionem capituli ad possessionem suorum beneficiorum admittere, ecclesiasque episcopo subjectas cum vicario, si opus fuerit, visitare. Archidiaconus, ante modernum episcopum Laevinum Torrentium, nullos peculiares fructus habuit praeterquam sui canonicatus; sed is archidiaconatui incorporavit fructus cujusdam personatus ecclesiae de Ballaert[1] prope oppidum Lirense; cujus tamen fructus optimis temporibus non ascendunt ad viginti ducatos de camera. Sed haec incorporatio ob ista infelicissima tempora suum necdum sortita est effectum.

Quarta dignitas autem (juxta Tridentinum concilium) est archipresbiteratus; necdum est erecta, sed tamen, quotiescunque haec dignitas suo loco et tempore aliquam requirit personam dignam, tunc episcopus ad suum beneplacitum aliquem canonicorum assumit.

Quinta vero dignitas est poenitentiaria; quae quidem per praedictum episcopum collata et erecta est, sed necdum ullam

[1]) *Ballaert*, Berlaer.

sive in choro sive in capitulo habet praeeminentiam. Hae duae dignitates alia non habent emolumenta praeter praebendae fructus; quod praeter rationem esse videtur, cum personis has dignitates possidentibus plus oneris quam ceteris incumbat.

Sexta dignitas, quae quoque nullum in capitulo vel choro locum habet seu praeeminentiam, est plebanatus; et qui plebanatum obtinet, curam animarum totius civitatis habet. Et, cum sit superintendens reliquorum pastorum, eorum nomine episcopo in acceptatione plebanatus de sacramentis respondere tenetur. Ipsius quoque officium est omnibus festis triplicibus, tam a populo quam a clero observandis, in ecclesia cathedrali concionari et senatoribus et magnatibus egrotantibus sacramenta administrare, eorum exequias celebrare, eorum proles baptizare, atque eorum matrimonia solemnizare. Iste plebanus ante publicationem Tridentini concilii nullum tenebatur habere gradum, nec quoque canonicus erat, sed canonicorum habitum gestabat. Habetque duos viceplebanos sibi subjectos, qui singulis diebus dominicis concionantur et sacramenta populo ad salutem necessaria administrant. Postquam vero Tridentinum concilium fuit publicatum, capitulum decretis concilii inhaerendo ordinavit, quod in posterum nullus plebanus, qui veteribus canonicis plus commoditatis habere minusque ceteris occupatus esse videbatur, reciperetur et admitteretur, nisi licentiatus aut doctor sacrae theologiae; cui incumberet certis horis ac diebus clero civitatis sacram Scripturam publice exponere. Pro quo onere capitulum plebanatui in perpetuum praebendam incorporavit; et hic plebanus canonicus secundum residentiam in capitulo et choro suum habet locum.

Thesauraria nulla est dignitas, sed nudum officium ad nutum amovibile, quod a capitulo alicui canonico magis idoneo confertur. Cujus officium est omnia et singula ornamenta, paramenta, utensiliaque argentea, divino cultui necessaria, totius ecclesiae conservare, et redditus ac proventus fabricae colli-

gere, ejusque gubernationi ac reparationi una cum duobus laicis e numero ac gremio civium electis diligentissime advigilare. Et huic officio certum assignatum est stipendium, quod persolvitur, dum computus et rationes fabricae ecclesiae singulis annis coram episcopo et capitulo ac civitatis senatoribus redduntur.

Alterum officium est scholastria. Etiam pluralitate votorum alicui canonicorum usque ad revocationem confertur; cui cura scholarum incumbit.

In hac civitate pro praesenti sunt circiter octuaginta masculorum et quadraginta et ultra puellarum scholae; quarum rectores et rectrices in praesentia episcopi ejusque officiatorum professionem fidei emiserunt. De quo actu dictus scholasticus fuit protestatus, sustinens et allegans se in hoc officio nullum agnoscere superiorem praeter capitulum. Et cum plurimum reipublicae intersit, ut juventus bene ac probe instituatur principia, senatus ex praecipuis civibus duos adjutores quotannis scholastico ex antiqua consuetudine adjungit; quorum communi consilio super differentiis inter rectores et rectrices scholarum ortis mature deliberatur, et scholae suo tempore et loco visitantur. A qua visitatione, praeter intentionem decretorum Tridentini concilii, praedictus scholasticus episcopum ejusque deputatos de facto excludit, immo nec scholarum rectoribus aut rectricibus ullam appellationem ad episcopum admittit. Itaque non agnoscit episcopum esse superintendentem omnium scholarum; quem ob quamdam difficultatem inter quemdam magistrum scholae et ipsum ortam coram senatu dictae civitatis, et postea coram cancellaria Brabantiae, non sine magno scandalo et praejudicio Sedis Apostolicae, citari curavit. Supplicat proinde episcopus declarari per Sedem Apostolicam auctoritatem, quam in scholarum rectores et rectrices habere debeat, et oportunum juris remedium in hac parte adhiberi.

Praeterea scolastico pro tempore incumbit registrare decreta

et acta capituli, ejusque causas ac lites forenses nomine capituli prosequi, advocatos procuratores ejusdem super causis et litibus informare.

Sunt in hac ecclesia canonicatus sive praebendae 24. Ex istis autem juxta bullam erectionis episcopatus una praebenda episcopali mensae est incorparata; ex antiqua vero constuetudine una est decanatui annexa. Omnes vero hae praebendae, antequam haec ecclesia in cathedralem fuerat erecta, absolute aut per Sedem Apostolicam aut per capitulum conferebantur. Sed, postquam haec ecclesia facta est cathedralis, duodecim dumtaxat praebendae sive canonicatus ad Sedis Apostolicae aut capituli collationem spectant.

Ad decanatum autem (qui solet esse in hac ecclesia prima dignitas) nominat Hispaniarum rex vigore cujusdam indulti patri suo ejusque successoribus a sancta Sede Apostolica concessi. Novem autem praebendae sive canonicatus juxta tenorem bullae erectionis pro prima vice ab ipso episcopo absolute et simpliciter graduatis dumtaxat conferuntur, sed semel sic collatae, dum pro tempore vacant, alteri graduato (secundum tenorem dictae bullae) episcopi et ceterorum canonicorum graduatorum superessentium communibus votis conferuntur; et, si contingat vota esse paria, duplicem tunc episcopus vocem habet.

De fructibus sive emolumentis singularum praebendarum seu canonicatuum nihil certi dici potest, nam eorum bona partim aquarum inundationi, partim hostibus, proh dolor! subjecta sunt, partim quoque, a quibus aliquod emolumentum sperari posset, propter defectum agricolarum et colonorum infructuosa ac inculta manent; et cum praecipui eorum fructus consistant in decimis, propter defectum agrorum culturae hoc calamitoso tempore decimae nullius sunt momenti. Ex his et ex deducendis facile constat dictos canonicatus sive praebendas exiguos admodum habere fructus; immo ad tantam paupertatem hoc collegium (quod inter omnia collegia totius ducatus

Brabantiae solet esse magnificentissimum) jam est redactum, ut canonici tandem per se ipsos divinum officium peragere teneantur. Solet autem hoc collegium ab unoquoque chori latere quindecim habere simphoniacos, sex juvenes chorales, tres parvos canonicos, et circiter quadraginta capellanos; nunc vero vix ab unoquoque chori latere, canonicis exceptis, septem sunt personae, quae cum tanta difficultate stipendiantur, ut eas dimittere ac licentiare capitulum cogetur, officiumque divinum, ut dixi, solum per canonicos celebrari debebit.

Capellani, cum olim essent octuaginta, hodie non adsunt ultra xxv; cumque numerus capellanorum valde sit exiguus, tamen quotidie propter temporis calamitatem magis magisque minuitur; unusquisque enim sibi de meliori conditione hinc inde prospici curat.

Hujus ecclesiae ac ceterorum subalternarum ecclesiarum beneficiorum collatio spectat ad Sedem Apostolicam in suis octo mensibus, et ad capitulum in ceteris quatuor. Haec de primaria ecclesia.

Secunda parochialis ecclesia dictae civitatis est ecclesia veteris castri, quae olim fuit prima; et dedicata sanctae Waltrudi, virgini. Quae ante catholicorum ejectionem insignis et utcumque bene dotata fuit, et in ea singulis diebus septem horae canonicae celebrari solebant; nunc vero a reductione civitatis vix in praecipuis festivitatibus decantari possunt, nam propter temporis calamitatem ac patriae desolationem pastor cum duobus duntaxat capellanis et custode dictae ecclesiae praeest.

Simile est judicium de tertia parochiali ecclesia, quae dedicata est beato apostolo Andreae.

Idem fere est judicium de quarta ecclesia parochiali, quae est sancto Georgio consecrata. In hac tamen ecclesia ceteris parochiis paulo frequentius horae canonicae decantantur, eo quod plures in ea sacerdotes resideant, ac dictae ecclesiae bona in paulo tutiori loco sita sint.

Et simile judicium est de quinta et ultima parochiali ecclesia, quae dedicata est sancto Jacobo, apostolo.

Computus et rationes harum quatuor ecclesiarum fiunt coram provisoribus ex praefato capitulo desumptis.

Istae quinque ecclesiae parochiales insimul habent etiam hoc tumultuoso tempore quadraginta aut quinquaginta circiter millia communicantium.

Episcopus tam in civitate quam in suburbio Antverpiensi sex habet monialium monasteria, quorum ipse, tam quoad visitationem quam quoad correctionem ac emissionem votorum attinet, est absolutus superior.

Xenodochium. Primum monasterium est illud praeclarum, magnificum ac memorabile xenodochium seu infirmorum hospitale intra civitatis muros situm, in quo sunt communiter moniales viginti quinque, sub regula sancti Augustini emittentes tria substantialia vota, servientes utriusque sexus infirmis. Etsi tempore haereticorum propter necessitatem habitum mutaverint, pro temporis tamen qualitate pauperibus ac infirmis ministrarunt, quorum causa maximum et indicibile aes alienum contraxerunt, a quo hoc calamitoso tempore non absolventur. Excipiuntur hoc loco ducenti, subinde trecenti, saepius quoque quadringenti pauperes. Huic etiam monasterio tam in spiritualibus quam temporalibus praeest secularis sacerdos, qui infirmis necessaria sacramenta administrat. Is seorsum et separatim familiam alit, ita tamen quod nocte aliisque intempestivis horis, quando necessitas infirmorum aut monialium requirit, facile accersiri possit. Ad hoc genus vitae monialium recipiuntur duntaxat optimorum civium filiae, eaeque virgines tamen.

Albae Sorores.—Alterum monasterium est Albarum Sororum, a civibus Antverpiensibus pro convertitis extructum, sub regula itidem sancti Augustini, eleemosinis ac opera manuum sub perpetua clausura viventes. Et quamvis convertitis hoc monasterium sit institutum, tamen plures honestae virgines,

pietatis ac humilitatis causa, vitam ac regulam dicti monasterii suscipiunt. Haereticorum vero tempore satis laudabiliter, etsi publico exercitio catholicae religionis privatae fuerint, constat eas vixisse.

Nigrae Sorores.—Tertium monasterium, quod est Nigrarum Sororum, ordinis et regulae sancti Augustini, non minus ornamenti quam commoditatis omni tempore civitati Antverpiensi adfert, cum hae virgines moniales quorumcumque sexuum infirmis tum in propriis aedibus civium quam in proprio monasterio assistant, ita quod nullum genus morborum apud has virgines nullam habeat exceptionem. Istae moniales ex eleemosinis civium et labore manuum vivunt.

Ternonnen.—Quartum monasterium vocatur *Ternonnen.* Quod olim, videlicet ante depopulationem Martini Rossemii, fuit in suburbio civitatis sumptuosissime extructum; sed, cum illud tunc temporis per hostes patriae funditus eversum fuerit, coactae fuerunt hae moniales sibi comparare in civitate alium locum, et proprium deserere. Vivunt et hae sub regula sancti Augustini, emittentes tria vota absque tamen clausura, ad quam ex institutione ac fundatione minime tenentur. Et quamvis hac libertate prae ceteris monialibus utantur, nunquam tamen ab hominum memoria auditum fuit vel minimum scandalum in hoc monasterio. Proprium harum sanctarum monialium exercitium est horas canonicas in ecclesia decantare, et horis ac diebus non impeditis bonorum civium filias juxta uniuscujusque capacitatem in omni genere manus operum exercere, bonosque mores ac sanam doctrinam eas docere.

Leprosorum monasterium.—Quintum monialium monasterium est domus leprosorum, situm in maximo suburbio nomine Bergem. Quod monasterium non solum fuit insigne sed in toto Belgio celeberrimum, structura amplissimum ac sumptuosissimum, infirmis et monialibus supra modum accommodatissimum; sed proh dolor! saevitia ac furiosa haereticorum insania

ab annis quasi decem funditus radicitusque (monialibus profligatis et ad indusium usque spoliatis) dejectum ac demolitum fuit. Quo tempore moniales cum suis leprosis ad civitatem confugerunt, ibique in quadam vili et angusta domo habitarunt, servatis leprosis et infirmis, quos eleemosinis bonorum civium aluerunt; civitate vero ad obedientiam Regiae Majestatis reducta, sola superfuit abbatissa cum una religiosa. Quibus paulo post senio et temporis praeteriti afflictione mortuis, ne monasterium ejusque bona, quae supererant, in perpetuum desolata permanerent, episcopus ex monasterio Mechliniensi ejusdem ordinis unam prudentem monialem accersivit; cui statim tres sorores virgines optimis parentibus natae se conjunxerunt, et ad habitum et professionem admissae fuerunt; eisque de alio commodiore loco per senatum ad instantiam episcopi provisum fuit. Itaque hoc monasterium sic eversum et olim praeclarissimum fuit restitutum. Juxta statuta tam hujus quam aliorum monasteriorum ejusdem ordinis nunquam plures quam novem moniales admittunt, sed infirmorum lepra infectorum est numerus indefinitus.

Istae moniales suis bonis spoliatae nunc partim piorum eleemosina, partim ex communi aerario ipsius civitatis victitant.

Luythaeghen.—Sextum monialium monasterium est Luythaeghen; quod olim situm erat prope et extra muros civitatis, sed cum haereticorum rabie id dirutum et solo aequatum esset, moniales sibi in civitate prospexerunt de quadam vili domo; nec superest ulla spes monasterium illud erigendi. Istae moniales sunt sub tertia regula sancti Francisci, sed sub obedientia ordinarii, ex piorum eleemosinis ac labore manuum victum quaeritantes. Hujus monasterii adhuc supersunt quatuor aut quinque moniales.

Beghinagium. — Est et alius locus religiosarum, qui beghinasium appellatur; ad quem se conferunt tam virgines quam viduae, quae seculi hujus voluptates ac illecebras

fugere cupiunt, castitatem duntaxat et temporariam obedientiam voventes, quia pro libitu possunt quandocunque locum deserere, et habent propria. Singulae habent proprias aediculas intra septa, et vadunt quo volunt, subsuntque proprio pastori per episcopum illis constituto, et illarum numerus est indefinitus; quandoque enim sunt centum, aliquando plures, nigris vestibus indutae veloque albo tectae. Et quia hic locus propriam habet ecclesiam propriasque domos pauperum et infirmorum, ideo singulis annis rationes administrationis a tribus rectricibus in praesentia episcopi vel ejus vicarii ac burgimagistri civitatis et pastoris loci redduntur.

Sanctae Clarae.—Sunt et alia tria monasteria virginum clausuram perpetuam servantium, quorum primum est monasterium sanctae Clarae, quod meris ac puris eleemosinis sustentatur.

Tertiariorum.—Alterum est monasterium tertii ordinis sancti Francisci. Quae religiosae partim eleemosinis, partim redditibus, partim labore manuum sustentantur, et in utroque monasterio solet esse ingens numerus religiosarum. Et quamvis haec duo monasteria ab haereticis fuerint magna ex parte destructa et violata, tamen, reducta civitate, divino potius quam humano auxilio sic in integrum sunt restituta, ut non videantur aliquod damnum fuisse passa; et numerus religiosarum in tanta rerum paupertate et penuria quotidie quasi in despectum haereticorum augetur. Subsunt haec duo monasteria fratribus sancti Francisci.

Tertium vero monasterium, de *Faeukens* appellatum, quod ex redditibus vivit, subest canonicis regularibus ordinis sancti Augustini.

Mendicantium sancti Dominici, sancti Francisci et Carmelitarum.—Haec civitas Antverpiensis plurimum illustratur tribus magnificis monasteriis ordinis mendicantium, videlicet Carmelitarum, sancti Francisci de observantia et sancti Dominici; quorum religiosorum doctrina, vita et moribus fides catholica aliquando haereticorum pedibus conculcata indies restauratur.

Bogardorum. — Sunt insuper et alia quatuor virorum monasteria. Primum est Bogardorum tertiae regulae sancti Francisci, quod haeretici suis propriis accommodarunt usibus, ecclesia detecta et religiosis expulsis; sed civitate regi catholico reconciliata, religiosi ipsum fundum et monasterii bona a possidentibus repetierunt ac rursum, prout melius potuerunt, sibi accommodarunt; et redditibus et sacrorum librorum scriptione absque civium onere satis honeste vivunt.

Pieter Pots. — Alterum, quod Pieter Pots appellatur, est prioratus maximi nominis, ordinis sancti Bernardi; et quia tempore haereticorum hujus monasterii conditio non fuit antedicto melior, proinde de hoc idem est judicium.

Cellitum. —Tertium vero est monasterium Cellitum; cujus patronus est sanctus Anthonius. Hujus monasterii religiosi non sunt sacerdotes; estque illorum exercitium sepelire mortuos, infirmis morbo contagioso assistere, eosque a dicto morbo curare. Hi partim eleemosinis, partim ex praefatis servitiis, partim quoque ex redditibus, qui perexigui sunt, honeste et probe vivunt; reipublicae plurimum prosunt, licet vile genus religiosorum videatur.

Capucinorum. — Quartum monasterium est Capucinorum; quod, reducta civitate, piorum eleemosinis ab ipsis fundamentis noviter est aedificatum. Hoc religiosorum genus, in toto Belgio antea ignotum, ab episcopo Antverpiensi primum introductum, deinde ab aliis episcopis Bruxellam, Lovanium, Gandavum, Brugas et in alias Belgii partes introducitur maxima cum populi aedificatione. Pii enim viri isti superbis, potentibus, delicatis et luxuriosis civibus Antverpiensibus maximum pietatis, humilitatis, sui contemptus exemplum praebent et maximos indies fructus adferunt.

Sancti Michaëlis. — Restat monasterium virorum sancti Michaëlis, ordinis Praemonstratensis; quod est nobilissimum et prae ceteris aliis structura amplissimum. Hujus monasterii abbas inter ordines status Brabantiae connumeratur, quae est

maxima in illis partibus dignitas. In hoc monasterio imperatores, reges, duces, principes, patriae inferioris gubernatores ab omni hominis memoria hospitari solent; quae consuetudo in hodiernum diem adhuc remansit. Hoc quoque monasterium inter omnia abbatialia monasteria totius ducatus Brabantiae solet esse ditissimum, nunc vero, proh dolor! propter haereticorum insaniam vix duodecim religiosos alere potest et, nisi Deus optimus maximus hanc misere afflictam patriam suis oculis misericordiae aspiciat, abbas cogetur exiguam illam congregationem solvere.

Praeter has ecclesias et monasteria sparsim in civitate plurimae aliae sunt sacrae aedes et capellae.

Magnum adjumentum, immo unicum fundamentum restaurationis fidei ac religionis catholicae, est lectio catechistica, quam episcopus singulis dominicis et festivis diebus in omnibus parochialibus ecclesiis, nec non in tribus praedictis mendicantium monasteriis publice ante prandium fieri curavit et instituit. Quod publicae lectionis genus antea in Belgio erat incognitum; ad quam non solum cives confluunt, sed omnes scholarum rectores et rectrices sub gravi poena cum juventute sibi commissa, singuli in suis ecclesiis, adire coguntur; in qua lectione juventus a catechista per modum interrogationis in doctrina christiana instituitur.

Nec praetereundum est insigne illud collegium patrum societatis Jhesu, sub quorum disciplina sunt plus quam 300 scholares, quos in omni scientia, pietate erudiunt; quae schola hoc calamitoso tempore loco seminarii haberi potest, quod necdum est institutum, nec aliquo pacto ejus instituendi ratio iniri potest, quia episcopus, capitula, pastores, monasteriorum priores et ceteri, qui erectioni seminarii juxta decreta concilii Tridentini contribuere tenentur, non habent unde vivant, immo maxima illorum pars, ab annis decem huc illuc vagabundi, infelicissima ista tempora patriaeque calamitates subterfugiendo in vago exilio incertas sibi sedes quaeritat. Verum est, quod episcopus

omnibus modis apud proceres et magnates suae diocesis instat pro loco extruendo seminario apto (cui se speraret progressu temporis aliquo pacto dotis constituendae rationem invenire posse); sed et illi hoc bello ita defatigantur, ut propriis familiis, non solum ad sufficientiam status, sed nec ad naturae exigentiam, prospicere nequeant.

Quam autem sit episcopo Antverpiensi propagatio fidei et religionis catholicae commendata, ex hoc unico pio opere (quod maximi est momenti) intelligi potest, quod a paucis admodum mensibus ultra supradictam etiam aliam instituerit lectionem catechisticam dominicis et festivis diebus post prandium, per patres societatis Jhesu in sex aut septem diversis locis fiendam; in qua docetur fides ipsa catholica, modus in ecclesia orandi Deum et forma se Creatori suo, more timentium Deum, vesperi et mane commendandi. Ad quam lectionem compelluntur omnes vagabundi, adolescentes artem mechanicam exercentes, parentibus ac tutoribus carentes, et in summa omnes adolescentes scholas non visitantes ac institutionem fidei catholicae ignorantes. Sed, ut istud exercitium religionis christianae commode observari posset, quatuor superintendentes hujus pii exercitii sunt constituti, quorum duo sunt ecclesiastici ab episcopo electi, reliqui duo a senatu dictae civitatis ex primis civibus eliguntur. Et penes hos quatuor est absoluta potestas statuendi ea, quae huic pio exercitio ad continuandum et augendum sunt et erunt necessaria. Isti quatuor sex aut plures habent ministros ex aerario publico stipendiatos, qui circa horam lectionis per vicos et plateas undequaque vagabundos et ludentes ad illam lectionem accedere compellunt. Parentes, tutores et alii, qui in adolescentes aliquod imperium habent, tenentur coram praedictis deputatis reddere rationem, quo minus eorum subjecti hujus institutionis vitae christianae lectionem visitent; et nemo juvenum a visitatione hujus lectionis absolvitur, nisi aetatis suae annum decimum sextum compleverit, vel praedictis de-

putatis constiterit eum in fide catholica sufficienter esse instructum. Singulae istae scholae suos quoque habent praefectos praedictis deputatis subjectos, qui adolescentes ante ingressum catechisticae docent legere, scribere, et ad praedictam lectionem aptos praeparant, eosque interea temporis in silentio tenent.

Sunt in hac civitate plurimae aliae piae fundationes, videlicet infirmorum, peregrinorum hospitalia, puerorum expositivorum domus, furiosorum ac mente captorum ergastula, orphanorum utriusque sexus, virorum mulierumque pauperum utriusque aetatis collegia; sed per cameram eleemosinarum reguntur. Et ad hanc pauperum administrationem non deputantur, nisi ex primis et potentioribus mercatoribus civitatis quotannis a magistratu et a camera eleemosinariorum eligendi; et electi hoc onus suscipere tenentur. Fundationes pauperibus relictae nequaquam pro decima parte sustentationi pauperum sufficiunt, sed quotidianae eleemosinarum collectiones defectum supplent. In domibus puerorum et puellarum unusquisque aptatur illi manufacturae vel arti, cui aptus esse reperitur, ita ut nemo ab illis domibus discedat, quin victum sibi lucrari sit sufficiens. Et simile judicium est de reliquis omnibus pauperibus.

Lyrensis decanatus.—Dictum est Antverpiensem episcopatum distribui in quinque partes, quarum una est decanatus christianitatis Lirensis, qui in primis sub se comprehendit oppidum totius Brabantiae munitissimum, videlicet Liram. Quae triginta sex pagos sub se continet, quorum nonnulli praeter suas parochiales ecclesias capellas habent et monasteria. Qui huic decanatui praeest, dicitur decanus omnium pastorum et ecclesiasticorum illius districtus. Ejusque officium est defectus illorum tam in administratione sacramentorum quam in divino officio curiae spirituali Antverpiensi significare, et jurisdictionem episcopi tam inter laicos quam inter ecclesiasticos defendere, errantes cum omni benignitate admonere, recte viventes confirmare, ut in melius proficiant.

Hic decanatus se extendit ad ipsa moenia civitatis Antverpiensis.

Primum monasterium hujus decanatus est virginum observantium tertiam regulam sancti Francisci, situm in pago celeberrimo de Luythaeghen, translatum ad civitatem Antverpiensem, ut supra dictum est.

Secundum monasterium hujus decanatus est abbatiale, situm in pago Schellena, distans ab Antverpia itinere duarum horarum prope flumen Schaldim. Hoc monasterium olim ante rabiem haereticorum fuit loco, structura et aspectu magnificentissimum et opulentissimum. Hujus quoque abbas ordinibus ducatus Brabantiae annumeratur, sed insania haereticorum hoc monasterium est funditus dirutum ac ita inhabitabile redditum, quod supperessentes religiosi coacti fuerint sese ad oppidum Liranum retrahere; in quo aliquot annis convixerunt, indeque consilio superiorum versum ad quemdam pagum appellatum Puerse[1] in diocesi Mechliniensi situm, commigrarunt, ubi nunc vaccas, porcos aliaque pecora alere propriosque agros colere coguntur; nec hanc quoque agriculturam aggredi ex propriis valuerunt, sed per episcopum Antverpiensem fuerunt adjuti, et quotidie ab eo adjuvantur. Et cum locus, in quo commorantur, ab hostium incursione non sit liber, hostium tributo subjacent; pro quo annuatim persolvunt centum aureos, quod in his religiosis non est reprehensione dignum, cum in toto decanatu Brabantiae non sit vel unus ecclesiasticus aut laicus, extra muros alicujus civitatis vel oppidi habitans, qui non cogatur juxta status sui conditionem et hostibus annuatim tributum solvere; et, quod deterius est, etiam omnes agri extra muros civitatis aut oppidi jacentes secundum ipsorum qualitatem situm ac per civitatem hostibus tributum persolvunt. Hic decanatus Lirensis non habet ultra

[1]) Les religieux de Saint-Bernard habitèrent pendant quelques années le château de Coolhem, sous Puers. Voyez *Analectes*, I, p. 111.

duodecim pastores, cum tempore pacis habere soleat triginta sex et plures, absque capellanis et simplicibus beneficiatis, qui facile centum quadraginta numero esse solent. Nec mirum, cum in hac diocesi alias fuerint complures pagi, in quibus numerus commorantium ascendebat ad duo, tria, quatuor vel quinque etiam millia, nec fuit aliquis tam exiguus aut utilis pagus, quin tempore pacis habuerint septingentos aut octingentos communicantes; nunc vero tanta est populi et sacerdotum raritas et paupertas, ut unus pastor subinde debeat duobus, subinde tribus, subinde etiam quatuor ecclesiis parochialibus deservire, et adhuc de insufficienti competentia dicti omnes pastores merito conqueruntur. Tanta autem in istis pagis est miseria et desolatio, ut, si qui habitatores supersunt, ii in ecclesiis una cum equis, vaccis, porcis et gallinis, die et nocte habitant, et chorus tantum, si quis sit, Dei sacrificio et pastori reservatur, qui in eodem una cum sacristano vivit. Tanta autem fuit haereticorum rabies, ut in hoc decanatu non reperiatur vel una ecclesia aut domus pia, quae non sit profanata, destructa et ab haereticis spoliata; et, si quid integrum remansit, hoc injuria temporis paulatim collabitur; in summa, tanta est calamitas, paupertas, miseria, oppressio et afflictio eorum, qui extra muros civitatum et oppidorum habitant, ut verbo aut scripto nequaquam exprimi possit, et nulla tamen est apparentia melioris fortunae, sed potius deterioris.

Oppidum Lira unicam parochialem habet ecclesiam, eamque collegiatam, structura exterius interiusque amplissimam ac magnificentissimam, et sancto Gomario, sancti Rumoldi fratri[1], dedicatam. Cujus ossa ibi requieverunt et pro majori parte adhuc requiescere putantur, quamvis haeritici hoc oppidum aliquot annis occuparunt, et ecclesias ceteraque pia loca, ecclesiasticis viris explosis, spoliatis, multisque ignominiis

[1]) Saint Gommaire n'était pas le frère, mais seulement l'ami de saint Rombaut.

affectis, spoliarunt, profanarunt, altariaque dejecerunt; quibusdam ecclesiis et capellis horreorum et stabulorum loco usi fuerunt, in quibusdam vero suas habuerunt impias conciones. Tanta vero est hujus oppidi desolatio et civium paupertas, ut, quod adhuc superest, necessario collabi debeat.

Ecclesia collegiata seu parochialis constat duodecim praebendis seu canonicatibus, quorum collatio ad regem catholicum tanquam Brabantiae ducem pertinet. Tres sunt in ea dignitates, videlicet decanatus, cantoria et scholastria; et unicum officium, videlicet thesauraria. Huic ecclesiae collegiatae et parochiali hoc tempore unicus est pastor, qui de exigua competentia non immerito conqueritur, partim propter raritatem subditorum, partim propter eorum calamitatem. Ante ista infelicissima tempora tanta hujus ecclesiae majestas fuit, ut quotidie in ea divinum officium insigni et celebri cantu perageretur, septem horae canonicae indies psallerentur; nunc vero canonici sine vicariis aut ministris illud taliter qualiter peragunt; et de eorum bonis idem est judicium, quale est de bonis praedictae parochialis ecclesiae. Solentque in eadem ecclesia residere quadraginta aut plures capellani; nunc vero sex aut septem sunt residentes.

Istud capitulum tam exemptionem a visitatione et correctione episcopi quam in universum oppidi sui clerum jurisdictionem, exemplo capituli Antverpiensis, sibi usurpat in maximum Ecclesiae disciplinae detrimentum et auctoritatis episcopalis vilipendium.

Quatuor sunt in hoc oppido virginum monasteria, quorum primum est abbatiale sancto Victori dedicatum; fuitque istud ante inconoclastarum rabiem prope et extra dicti oppidi muros situm, sed ab eisdem combustum. Itaque virgines spoliatae suisque bonis privatae confugerunt ad quasdam aedes, quas in dicto oppido habebant, ubi modo partim ex propriis bonis, partim labore manuum cum summa omnium civium aedificatione vivunt. Sunt vero ordinis sancti Bernardi, quamvis et

ad clausuram ratione institutionis et fundationis minime teneantur; nunquam tamen aliquid sinistrum de iis auditum fuit. Suntque adhuc 30 numero, partim velatae, partim non velatae, et quamvis majore ex parte opera manuum hae religiosae vivere cogantur, nullamque ecclesiam habeant, tamen septem horae canonicae ceteraque divina officia in quodam magno cubiculo ad ea aptato quam devotissime et absque ulla intermissione peraguntur.

Alterum monialium monasterium appellatur Syon, dedicatum beatae Mariae Virgini. Tertiam regulam sancti Francisci hae moniales [observant]; partim ex redditibus, partim ex eleemosynis, partim labore manuum victitant; suntque numero quadraginta et plures.

Tertium virginum monasterium est hospitale dedicatum sanctae Elisabeth sub sancti Augustini regula. Ad hoc hospitale concurrunt utriusque sexus infirmi pauperes. Hae moniales, licet sint virgines, tamen indifferenter omnibus advenientibus infirmis inserviunt, et omnia necessaria juxta necessitatem et exigentiam morborum illis administrant. Suntque juxta fundationem numero novem, et episcopo Antverpiensi subsunt; cui quoque singulis annis bonorum administrationis rationem reddere tenentur. Sed ob haec infelicia tempora ratione infirmorum ac propriae necessitatis magnum aes alienum contraxerunt; quomodo illud tandem solvetur, ignoratur, eo quod nulla nobis affulgeat spes melioris seculi.

Superest quartum monasterium religiosarum, quod est Nigrarum Sororum; quod episcopo Antverpiensi subest. Illud monasterium est omnino pauper, nullos habens redditus. Officium vero harum religiosarum est in privatis civium aedibus infirmos custodire eisque servire, et tempore morbi contagiosi infirmos in proprio monasterio recipere eosque curare.

Sunt et in hoc oppido duo virorum monasteria, quorum unum est Carthusianorum; quod a multis annis ex civitate Antverpiensi huc fuit translatum. Istud vero est magnum,

fuitque pulchrum valde; sed,cum religiosi tempore haereticorum id deserere coacti fuerint, ab insanientibus haereticis deformatum ac destructum fuit, et cum 24 religiosi in eo ali consueverint, ad eam redactum est paupertatem, ut vix tres aut quatuor nunc alantur.

Alterum monasterium est Cellitum; quod est ejusdem institutionis, cujus est illud, quod est Antverpiae. Sed istud ita pauper est, ut in eo duntaxat unicus sit religiosus, qui quoque aegre suas expensas et reparationem domus comparare potuit.

Est et in hoc oppido beghinasium amplum et insigne pro virginibus et honestis viduis, simile illi, de quo supra dictum est.

Toto quadriennio, quo modernus episcopus suae ecclesiae praefuit, semel dumtaxat hoc oppidum visitavit. Saepius autem haec aliaque suae diocesis loca visitasset, si per itinerum pericula et assiduas hostium excursiones sibi licuisset. Tractus enim Antverpiensis, immo totius fere Brabantiae, ad miseriam pervenit, ut extra portas civitatum et oppidorum pedem figere non liceat; pagi vero ceteraque castella ita perpetuis hostium incursionibus patent, ut ad redimendum focos et aras in singulas hebdomadas hosti tributa persolvant. Episcopus autem, cum personaliter illud praestare nequeat, saepe mittit ad diversa episcopatus loca suum vicarium, qui de nocte alieno habitu incognitus per secretiores vias et ignotas saepe aliquem rusticum duci procurat.

Herentalensis decanatus. — Tertia pars diocesis Antverpiensis est decanatus Herentalensis, complectens sub se oppidum de Herentals, municipium de Turnhout, et famosum illud monasterium Thronense, ac triginta septem latissimos pagos, qui suas habent proprias parochiales ecclesias, capellas et mensas sancti Spiritus pauperibus deputatas.

Hic decanus sub se ad omne minus deberet habere centum et quinquaginta sacerdotes; sed hoc turbulento tempore non

habet triginta, qui vix sustentari possunt. In toto enim hoc districtu non est vel una integra ecclesia vel capella, et certe magis flere liberet quam hujus districtus calamitates et miserias describere. Plurimis autem in locis ne vestigia quidem ecclesiarum aut capellarum reperiuntur; in quibusdam nudi solum parietes sine tectis, in quibusdam parietes cum tecto reperiuntur; et in istis incolae, si qui supersunt, cum suis vaccis, porcis, gallinis et aliis animalibus habitant; pastor sive sacerdos cum suo sachrista in aliquo ecclesiae angulo se quam miserrime continet, festivis ac dominicis diebus super mensa lignea aut aliqua tabula lapidea officium missae peragit. Fuerunt in hoc districtu quam plurimi pagi complectentes duo, tria, quatuor millia communicantium; vero totus districtus vix duo millia communicantium habet.

Oppidum Herentalense est parvum, sed olim ditissimum, amoenissimum et piis locis ornatum fuit; verum nunc sibi adeo est dissimile, ut nullum pristini decoris vestigium remanserit; longo enim tempore hoc oppidum a calvinistis possessum ad extremam calamitatem redactum est.

Hoc oppidum habet unam parochialem ecclesiam tantum non collegiatam, dedicatam beatae Waltrudi; cujus status est comparandus cum statu ecclesiae veteris castri Antverpiensis.

Sunt quoque in hoc oppido tria monasteria, quorum duo sunt virginum, tertium virorum. Monasterium virginum, quod est abbatiale ordinis Praemonstratensis, servans strictam clausuram, est magnum et amplum, sed plane a prima forma discrepans. Non obstantibus tamen omnibus iconoclastarum aliorumque haereticorum persequutionibus, abbatissa suas religiosas simul in fide ac religione intra muros dicti oppidi conservavit. Hoc monasterium est dedicatum beatae Mariae Virgini; in quo nunc sunt circiter triginta sex moniales, quae pauperem ac miseram vitam agunt.

Alterum monasterium est hospitale; quod juxta institutionem suam recipit novem duntaxat religiosas sub regula sancti

Augustini. Fuit olim hoc monasterium pro loci qualitate satis amplum sufficienterque dotatum; sed ipsa temporis calamitas cogit eas quam miserrime vivere. Hae religiosae subsunt episcopo Antverpiensi, cui rationem bonorum monasterii ac pauperum annuatim reddere tenentur. Sed senatus dicti oppidi negociis hujus monasterii, sicuti aliarum pauperum fundationum administrationi se intermisit plus quam par est; et proinde placebit Sedi Apostolicae tempore et loco de oportunis remediis providere, ne laici judices eorum fimbrias in posterum in administrationem piarum fundationum aut ecclesiasticorum jurisdictionem extendant, prout hactenus non solum in hoc oppido, verum etiam in aliis oppidis, pagis, municipiis episcopatui Antverpiensi subjectis, facere consueverunt.

Tertium monasterium est Fratrum Minorum de observantia; quod ante haereticorum insaniam pro qualitate istius oppidi satis commodum et insigne fuit. In quo communiter habitabant viginti religiosi, qui pastoribus ecclesiarum in administratione verbi Dei assistere erant soliti. Sed, religiosis explosis, a voracibus ac rabidis nostris haereticis fuit adeo dilaniatum ac discerptum, ut praeter parietes nihil remanserit; sed, oppido in potestatem regis catholici redacto, duo aut tres fratres ejusdem ordinis eo redierunt, qui auxilio Joannis Jabesii, nobilis ac pii viri, ejusdem oppidi gubernatoris, ecclesiam sumptuosius, quam ante demolitionem fuerat, extruxerunt. Conventum vero satis feliciter extruere ceperant, verum, gubernatore praedicto jam a duce Parmensi illinc avocato, opus imperfectum manet, et ab incepto opere religiosi desistunt, aliumque ejus ordinis conventum tandem accedere cogentur.

Sunt et aliae plures capellae, domus pauperum et piae fundationes; sed temporum calamitate minantur ruinam, nec erigi facile poterunt, nisi, pace superveniente, aliquorum bonorum alienatio iis concedatur; quae nunc quoque omnino est necessaria, alias enim religiosi et religiosae fame et inedia perire cogentur. Sed, cum haec licentia vendendi, oppigno-

randi et gravandi, magna pecunia et molestia constet, antequam apud sanctam Sedem impetretur, ut religiosi vel religiosae quodammodo cogantur fame ac penuria perire, antequam hujusmodi licentiam impetrent, proinde necessario expedit, ut sancta Sedes Apostolica, durante hoc turbulento tempore, permittat hujusmodi alienationem, oppignorationem et aggravationem bonorum spiritualium discretioni episcopi et nuncii apostolici in illis partibus commorantis.

Insuper in hoc oppido fuit magnificentissimum beginasium, immo tale quod in tota diocesi sibi simile non habuerit, nec unquam facile habebit, quartam enim oppidi partem occupabat. In hoc loco subinde fuerunt ducentae et quinquaginta beginae, aliquando plures. Sed, oppido a calvinistis occupato, bonis omnibus spoliatae et quasi nudae ejectae fuerunt; nec satis fuit inhumanis canibus has virgines tam crudeliter tractatas fuisse, ipsum quoque templum, quod structura et ornatu fuerat interius et exterius magnificentissimum, una cum omnibus totius loci aedibus, non solum funditus devastarunt, sed quasi leonum unguibus ipsa fundamenta evulserunt, et tandem nudum illum locum quasi adhuc odio habentes moeniis ipsius oppidi excluserunt, eumque animalibus pascendis exposuerunt.

Postquam vero oppidum ad obedientiam Regiae Majestatis redactum est, ex omnibus istis sanctis virginibus ad dictum oppidum redierunt circiter octuaginta, et in diversis tuguriolis sparsim habitant, observantes regulam non minus quam in antiquo loco. Reliquae vero aut sunt defunctae, aut propter temporum instabilitatem habitum mutarunt. Quae vero ad dictum oppidum redierunt, proprium habent pastorem sacerdotem secularem, virum insignem et doctum. Bona autem, quae dispersa aut deperdita fuerant, in quantum fieri potuit recuperata sunt. Illis pastor, pauperes, senes ac debiles juxta loci statuta aluntur.

Postremo huic decanatui subest praeclarum illud munici-

pium de Turnhout, quod constat duabus ecclesiis parochialibus, quarum una est collegiata. In qua sunt duodecim praebendae, quarum collationes partim spectant ad episcopum Antverpiensem, partim ad ducem Brabantiae, partim ad dominum de Oienia[1], partim ad capitulum dictae ecclesiae, quae dedicata est sancto apostolo Petro. Sunt et in hoc collegio eaedem dignitates, quibus collegium Lirense supradictum decoratur. Haec vero ecclesia multis simplicibus beneficiis est dotata, quorum collatores sunt Sedes Apostolica et capitulum.

Secundam ecclesiam parochialem capitulum praedictum sibi subesse praetendit, exemptionem et jurisdictionem in suum clerum, quemadmodum capitulum Antverpiense, sibi vendicando. Proinde ecclesiastici illius loci hactenus liberius, quam par est, vixerunt, nunc temporis non minus libere vivunt; de quo episcopus non immerito conqueritur, auxilium Sedis Apostolicae implorans tam contra hoc capitulum quam contra reliqua capitula suae diocesis; quae, cum ipsius jurisdictionem non agnoscant, nihil in tota diocesi superest, exceptis quibusdam monasteriis et pastoribus capellanisque ruralibus, in quo vestigium episcopalis auctoritatis agnosci possit.

In hoc municipio solent esse quinque millia communicantium, nunc vero non excedunt mille. Ecclesiae ab incolis pro suis privatis usibus occupantur, chori duntaxat ecclesiasticis reservantur. In hoc loco eadem est miseria et calamitas, quae de ceteris locis est descripta.

Thronense monasterium situm est extra praedictum oppidum[2], distans ab eodem itinere unius horae. Quod olim fuit

[1]) Oyen, paroisse du Brabant septentrional située sur la rive gauche de la Meuse, fut incorporé au chapitre de Turnhout, lors de la fondation de celui-ci, en 1398, par la duchesse Marie, qui possédait à cette époque la seigneurie d'Oyen. Elle se réserva, à elle et à ses successeurs dans la seigneurie, la collation de deux prébendes du chapitre qu'elle venait de fonder.

[2]) Le *praedictum oppidum* que l'auteur du rapport veut désigner est,

praeclarissimum, sed nunc per haereticos funditus est demolitum, ut vix aliquod exstet vestigium; nec ulla spes superest, ut unquam de novo possit extrui. Hujus monasterii religiosi sunt canonici regulares sub regula sancti Augustini, olim ditissimi, nunc vero pauperrimi. Superessentes religiosi sese una cum bonis ad monasterium sancti Martini Lovaniense, Mechliniensis diocesis, sine licentia episcopi Antverpiensis, cujus interest, transtulerunt et univerunt, non modo contra constitutiones eorum, sed etiam praeter necessitatem, cum Lirae (quod est oppidum munitissimum) insignem habeant domum, in qua habitare potuissent, maxime quod habent plurima bona praedicto oppido adjacentia. Hac vero unione seu translatione monasterii jurisdictio episcopi non solum laeditur et diminuitur, sed pauperes diocesis, quorum cura ipse maxime gerere tenetur, consuetis eleemosinis in perpetuum frustrantur. Hinc quoque supplicat idem episcopus, quatenus Sedes Apostolica dignetur mature huic inconvenienti occurrere, ne in consequentiam trahatur.

Est quoque in praedicto municipio de Turnhout insigne beginasium, ejusdem institutionis, regulae et regiminis, cujus sunt cetera beginasia superius descripta. Superiori anno in hoc beginasio repertae fuerunt circiter triginta beginae, sed quot nunc sint, ignoratur, nam hostes de novo hoc municipium interceperunt ipsumque castrum tenent. Plurimis aliis piis fundationibus iste locus solet esse dotatus, sed quotidianis incursionibus et excursionibus militum harum nulla hodie habetur ratio.

Bredensis decanatus. — Quarta pars hujus diocesis est decanatus Bredensis; quae omnium aliarum nobilissima atque praestantissima esse solet; sed hoc infelicissimo tempore illis

non pas Turnhout, mais Herenthals. Le monastère dit le *Trône de Notre-Dame* était situé autrefois à Grobbendonck. Voyez *Analectes*, I, p. 116, note.

quoque calamitate ac devastatione aequipollet; proinde quicquid de ceteris dictum est, de isto quoque optimo jure dici potest. Hic decanatus sub se habet oppidum Breda, muris circumcinctum (quod est baronia), unum magnificum municipium Oosterhoude nuncupatum, unum nobilissimum comitatum Hochstratense nuncupatum, et triginta sex magnos pagos; singuli suas ecclesias et capellas habere solent, sed nunc omnes tam in oppido praedicto quam in aliis locis spoliatae, profanatae et destructae sunt.

Decanatus iste solet ducentos et plures, tam sacerdotes quam pastores, sibi habere subjectos; nunc vero vix habet quadraginta; et loco centum millium communicantium, quos sibi subjectos habere solet, hodie vix habet duodecim millia.

Oppidum Bredanum anno proxime praeterito rursus in hostium reincidit potestatem. Distat a civitate Antverpiensi itinere unius diei. In eo est unica ecclesia parochialis, illaque collegiata, juris patronatus illustrium laicorum, beatae Mariae Virgini dedicata. In qua sunt duodecim praebendae, et eisdem dignitatibus ac officiis decoratur, quibus reliquae praedictae ecclesiae collegiatae. Praeter has praebendas sunt in ipsa ecclesia ceterisque aliis piis in locis plurima simplicia beneficia, quae per episcopi vicarium ac visitatorem una cum illorum fructibus ad perpetuam rei memoriam fuerant registrata. Tria sunt in hoc praedicto oppido virginum monasteria; unum ordinis Praemonstratensis, alterum ordinis canonicorum regularium servans regulam sancti Augustini, quod in omnibus episcopo Antverpiensi subest. Tertium est Nigrarum Sororum; quod et illi subest. In quantis autem periculis istorum trium locorum religiosae versentur, unusquisque apud se cogitet. Insuper sunt etiam beginasium et plurimae capellae plurimaeque piae fundationes. Sed hospitale pauperum, quod olim ad instar Antverpiensis, Lirensis, Herentalensis, et Bergensis, gubernari solet, in ultima visitatione, quae facta est per vicarium praedictum anno 1590, repertum est non solum istud xenodochium ab

annis quinquaginta a laicis fuisse usurpatum, sed et alia plura pia loca ac pias fundationes a laicis possideri et gubernari. Cum autem episcopus de remedio deliberaret, oppidum ab haereticis fuit fraudulenter interceptum.

Cum autem decanatus iste propinquus sit Hollandis et Zelandis, incolae cum illis et continuum habeant commercium, vicarius praedictus in visitatione sua plurimos sacerdotes pastores et laicos haeresis labe invenit infectos; quos omnes pro majori parte ad fidem catholicam reduxit. Qui propter catholicae fidei profectum, quem in illo decanatu fieri sentiebat, diutius in illius visitatione permanere desiderabat; sed propter continuas insidias sibi ab Hollandis et Zelandis instructas munus visitationis cum maximo vitae suae periculo imperfectum relinquere coactus fuit.

In comitatu vero Hochstratano, qui distat a praedicto oppido tribus et ab Antverpia sex belgicis milliaribus, unica est insignis parocchialis ecclesia, illaque collegiata, sanctae Catharinae dedicata; quae, sicut et aliae hujus decanatus ecclesiae, nunc ab incolis in privatos usus et habitationem conversa est. Collatores harum praebendarum ceterorumque simplicium beneficiorum sunt comes de Hoochstraeten et capitulum Antverpiense. Haec ecclesia praeter decanatum et pastoratum nullas alias habet dignitates. In hoc quoque loco est beginanasium et xenodochium; sed ista duo loca ab haereticis facta sunt inhabitabilia. In eodem autem comitatu est monasterium virginum sanctae Clarae, ordinis sancti Francisci; suntque adhuc in hoc monasterio circiter viginti virgines, vivuntque partim ex propriis redditibus, qui admodum sunt tenues, partim ex eleemosinis, partim ex labore manuum. Hae virgines potius divino mriaculo quam humano subsidio ali putantur; et licet hoc monasterium hostibus maxime obvium sit; tamen quasi intactum hactenus remansit, excepto quod altaria ceteraque loca sunt profanata. Nihil de ceteris decanatibus tam lachrymabile relatum est, quin de hoc (quod episcopi vicarius istorum omnium

locorum visitator, qui nunc praesens est, testari poterit) deplorabilius referri posset.

Bergensis decanatus. — Quinta ac postrema pars diocesis Antverpiensis est decanatus Bergensis, qui ceteris decanatibus nobilitate pagorum, subditorum, sacerdotum, monasteriorum, piorum locorum, insignium ecclesiarum et capellarum multitudine olim praestabat. Sed oppidum Bergense ante annos quindecim ab hostibus occupatum fuit et adhuc modo occupatur. Hic decanatus duo insignia oppida et unum municipium sub se habet, videlicet oppidum Bergense op Zoom nuncupatum, alterum Steenberghen; validisque muris et moeniis circumcincta sunt. In oppido Bergensi fuit una ecclesia parochialis, illaque collegiata, jurispatronatus marchionis Bergensis, beatae Mariae Virgini dedicata. Praeter decem canonicatus et praebendas alia plurima simplicia tam in praedicta ecclesia quam in aliis piis locis fundata fuerunt. In hoc oppido fuerunt quatuor monasteria : unum virorum ordinis sancti Francisci de observantia; secundum vero fuit virginum regularium, clausuram et regulam sancti Augustini observans; tertium virginum Nigrarum Sororum, ejusdem ordinis et instituti, cujus est illud Antverpiense et Lirense; quartum est xenodochium, ejusdem ordinis, instituti et regulae, cujus est illud Antverpiense, Lirense et Herentalense. Fuerunt in hoc oppido quam plurimae aliae piae fundationes, quarum nulla habetur memoria. Omnia ista praedicta loca sacra funditus sunt eversa; paucae admodum horum praedictorum locorum ecclesiae supersunt. Quorum quidam sunt Antverpiae, quibus per episcopum de conditionibus est provisum; quaedam quoque adhuc supersunt illorum monasteriorum moniales, et cuique juxta suum ordinem de alio loco per episcopum est prospectum, quia omnes istae moniales episcopo Antverpiensi semper subfuerunt.

Steenberghen oppidum est quidem parvum, sed suo tempore fuit egregium, et habuit unicam ecclesiam parochialem,

plurimis bonis simplicibus beneficiis castralibus dotatam. Sed haec ecclesia, sancto Andreae dedicata, cum reliquis capellis aliisque piis locis est penitus ab haereticis (qui eam anno proxime praeterito invaserunt) destructa et devastata, et nemo ecclesiasticorum hujus oppidi est in vita.

Municipium seu baronia de Rosendal unicam ecclesiam parochialem, beatae Barbarae dedicatam, habuit; quae cum quadam capella et domo pauperum est quasi funditus per hostes demolita.

In territorio de Westmal[1] praeter insignem parochialem ecclesiam fuit olim quoddam virginum monasterium ordinis et regulae sancti Augustini, quod quoque per iconoclastes est dirutum et penitus demolitum. Et hujus monasterii sex moniales supersunt, quae simul in uno loco Antverpiae agunt vitam, victum opera manuum quaerentes; sed hae in omnibus subsunt canonicis regularibus. Decanus hujus decanatus hoc tempore quatuor habet pastores ipsi subjectos, qui multa patiuntur propter fidem catholicam, et, nisi moverentur pietate et religionis zelo, jam dudum ecclesias et oves sibi commissas deseruissent.

A quo tempore episcopus ecclesiae suae praefuit, non destitit dies noctesque gregi suo incumbere, depravatos mores, qui haereticorum tempore irrepserant, corrigere, ecclesiasticam disciplinam, quantum impedita sibi jurisdictione licuit, in usum revocare, templa, monasteria, altaria, aliaque pia loca diruta et profanata proprio aere ac piorum eleemosinis restaurare, religiosos religiosasque monasteriis suis expulsos vagisque sedibus oberrantes de oportunis locis pro temporum necessitate providere, aliasque pastorali suo officio ita fungi, ut apud regem catholicum ac serenissimum ducem Parmensem, et apud omnes bonos, magnam sibi laudem nactus sit.

[1]) Lisez *Oostmal*; voyez DE RAM, *Synopsis actorum ecclesiae Antverpiensis*, p. 231.

Sed nulla in re magis elaboravit quam in haeresum evulsione, in qua, Deo auctore, ita profecit, ut quatuor annorum, quibus ecclesiae suae praefuit, spacio fere duodecim calvinistarum, anabaptistarum, lutheranorum et zwinglianorum, aliorumque haereticorum millia ex civitate profligaverit, ac sex alia millia ad haeresin publice abjurandum fidemque catholicam profitendum induxerit.

Episcopus in tota diocesi de novo publicari fecit concilium Tridentinum et, quantum in se est, id inviolabiliter observari curat; sed capitulum Antverpiense, et illius exemplo cetera capitula collegiata istius diocesis, exemptionem et jurisdictionem in clerum praetendentes, adeo jurisdictionem episcopalem enervant, ut episcopus hodie non reperiatur habere alios subjectos (qui eum agnoscant) quam pastores aliquot et capellanos in agris degentes et pauca monasteria; reliqua pars cleri ab episcopi jurisdictione et visitatione hortatu et exemplo capituli Antverpiensis sese substraxit, ita ut episcopus potius capellanus quam praesul dici possit. Cui malo exemplo nisi per Sanctitatem Vestram praesens oportunumque remedium adhibeatur, de tota illa diocesi actum erit, ceteraeque Belgii dioceses idem intentabunt; et nullus erit episcopus, qui ecclesiae suae hoc modo praeesse velit, omniaque ruent in exterminium. Quare episcopus Sanctitatem Vestram apertissime protestatur; immo, nisi remedium praedictum quam citissime adhibeatur, supplicabit humillime Sanctitatem Vestram, ut dignetur admittere resignationem suae ecclesiae, cui tuta conscientia hoc modo praeesse nullo modo posse sperat.

Pro dote ecclesiae decem florenorum millia olim assignata fuerunt, sed partim ex fluminis Schaldae inundatione, partim ex agrorum incultorum desolatione aedificiorumque eversione factum est, ut ex pristina dote episcopus hodie non recipiat 150 ducatos.

Episcopus ad ecclesiam Antverpiensem promotus fuit die 27 octobris 1586, possessionem autem accepit die 10 septem-

bris 1587, et est in bona fide, ut credat sibi tempus visitationis non currere nisi a die possessionis. Si tamen id a die promotionis computandum est, supplicat humiliter Sanctitatem Vestram vicarius praedictus, ut episcopo suo dignetur concedere absolutionem a censurarum incursu.

II.

Lettre du cardinal Mathaei, préfet de la congrégation du concile de Trente, à l'évêque Torrentius.

Illustrissimo et reverendissimo uti fratri domino episcopo Antverpiensi.

Illustrissime ac reverendissime domine, uti frater.

Reverendus dominus Franciscus Thenensis, istius ecclesiae canonicus, Amplitudinisque Tuae vicarius generalis et procurator, licet tempus ad visitanda sanctorum apostolorum limina felicis recordationis Sixti V constitutione praefinitum jam pridem exactum sit, nihilominus tamen a sanctissimo domino nostro benigne fuit admissus. Itaque Amplitudinis Tuae nomine (cui, quatenus opus sit, a suspensione, irregularitate et censuris, si quas hanc ob causam incurrit, absolutionem ejus Sanctitas concessit, poenas omnes remisit, fructusque propterea indebite perceptos benigne condonavit) proximis superioribus diebus ea ipsa sacratissima sanctorum apostolorum limina pie ac reverenter visitavit, simul et ad supremam hanc principis apostolorum Sedem, unde recte credendi recteque vivendi norma petenda est, ea qua par est veneratione constitit. Quarum rerum omnium testimonium voluimus Amplitudinem Tuam nostris hisce litteris habere; quibus pro ea, qua nos Christus Dominus noster conjunxit charitate, magnopere hortamur, ut in consortium apostolicae sollicitudinis a Deo vocata, commisso sibi gregi assidue invigilare, et quicquid animarum saluti prodesse intelliget, id diligenter exequi procuret. Quod autem pertinet ad istius eccle-

siae statum, tot turbulentissimorum temporum calamitatibus, tot nobilissimae istius provinciae ruinis afflictum, tot haereticorum minaciis quotidie exagitatum, ubi ad congregationem illustrissimorum cardinalium Tridentini concilii interpretum relatus fuit, ejus sane vices vehementer commiserati sunt patres; sed inde tamen tamquam e tenebris praeclarissimarum tuarum virtutum splendorem lucentius emicuisse conspexerunt, zelum cum primis in catholica religione sarta tecta custodienda, pro virili propaganda, ab haeresum haereticorumque contagio vindicanda, pietatem in dirutis ecclesiis aliisque piis locis, etiam aere proprio instaurandis, sollicitudinem denique vere pastoralem in cleri disciplina et in populorum moribus emendandis, in religiosis, tam viris quam mulieribus, ejectis colligendis, et in quibusvis errabundis ovibus per viam salutis ad pascua Domini reducendis. Illud vero unum Amplitudinem Tuam admonitam voluerunt patres, ut, quoad ejus fieri poterit, curet ab omnibus sanctimonialibus clausurae leges observari. Quae de ejus Amplitudinis pietate atque in Apostolicam Sedem perspecta devotione sperantes, omnipotentem et misericordem Deum rogamus, ut illam incolumen ecclesiae suae diutius conservet.

Romae, 25 septembris 1591.

Amplitudinis illustrissimae et reverendissimae uti frater studiosissimus

HIERONYMUS CARDINALIS MATTHEIUS.

Protestation du clergé primaire et secondaire de Liége contre les décrets du synode diocésain du 24-26 avril 1618.

L'évêque de Liége Ferdinand de Bavière (1612-1650) convoqua, par lettres du 25 mars 1618, un synode diocésain, auquel il invita les chanoines tréfonciers, les 22 abbés des abbayes, les 31 doyens des églises collégiales, les 22 doyens des conciles de chrétienté, les 35 prieurs des couvents du diocèse, et les 31 curés de la cité.

Le clergé primaire et secondaire, qui était exempt de la juridiction épiscopale, craignit que les décrets du nouveau synode ne dérogeassent à ses priviléges. C'est pourquoi, avant de prendre part au synode et d'en d'accepter les décisions, il fit une réserve expresse en faveur de son immunité et de ses droits. Cette réserve se trouve consignée dans le premier document que nous publions.

Après la clôture du synode, croyant que certains statuts portés par le synode violaient ses priviléges, le clergé primaire et secondaire fit dresser, le 30 septembre 1621, un acte d'appel au Saint-Siége. C'est le second document que nous transcrivons.

Ces documents sont extraits d'un registre appartenant à l'église de Saint-Martin à Liége, intitulé : *Fundatio ecclesiae S. Martini*, fol. 313-321.

Voyez l'*Histoire du diocèse et de la principauté de Liége pendant le* XVIIe *siècle* par Jos. Daris, I, p. 303.

E. S.

I.

Protestatio utriusque cleri Leodiensis contra decreta synodi Leodiensis de data anni 1618, 24 *et* 26 *aprilis, in quantum sunt contraria suis privilegiis et exemptionibus a diversis Pontificibus Romanis sibi concessis.*

Clerus Leodiensis universis et singulis has praesentes visuris, lecturis et legi audituris, notum facimus, quod, cum 24 aprilis anni 1618 serenissimus princeps et episcopus Leodiensis in sinodo, per vivae vocis organum reverendi et eximii domini Petri Stevartii, sui vicarii, deputatos et patres sinodi monuisset, ut, si quae haberent proponenda vel communicanda, eadem die ad aedes reverendi et illustris domini decani Leodiensis comparerent, ibique cum reverendis, illustribus et generosis suis deputatis desuper agerent, nos clerus secundarius, qui ante inchoatam sinodum hujusmodi, solemniter, in congregatione nostra apud sanctum Petrum specialiter habita, protestati fuimus, quod per accessum ad sinodum non intenderemus ullo modo privilegiis, juribus, immunitatibus et antiquis consuetudinibus praejudicare, vel ea, quae in dicta sinodo contra privilegia et immunitates praetacta et praetactas proponerentur, ullo modo approbare, eadem die post meridiem, circa horam quartam, ad praetactas aedes, et coram dictis reverendis dominis deputatis Suae Celsitudinis, et in praesentia reverendorum et generosorum dominorum deputatorum cleri primarii comparentes, declarationem per serenissimum principem de non praejudicando nostris privilegiis et exemptionibus vel cujuscumque alterius juri, acceptavimus, prout acceptamus, et nihilominus ad majorem cautelam, cum omni reverentia et honore, pro eorumdem privilegiorum, jurium et exemptionum conservatione, iterum protestati sumus, eamque nostram protestationem Nicolao Braconier a Muno, notario sinodi, ex parte serenissimi principis assumpto, excipienti, in praesentia

reverendorum dominorum deputatorum supratactorum, dictavimus ; quam scripto redactam idem notarius praetactis dictis reverendis dominis deputatis praelegit, infrascripto sub tenore. Qui quidem reverendi illustres domini deputati Suae Celsitudinis, ut actis sinodi insereretur, ad petitionem nostram annuerunt.

Die autem vigesima sexta praetactorum mensis et anni, de mane, ante ingressum praedictae sinodi, cum nos uterque clerus Leodiensis protestati fuissemus tam de angustia temporis quam contra quaedam decreta in sinodo praelecta, statuissemusque eam nostram protestationem et modificationes ad ea et alia decreta per nos factas et conceptas, publice in sinodo, per nos seu nostros notarios ad id a nobis deputatos et assumptos, legi procurare, tamen, per nos intellecto publicam eam protestationem, modificationem, lecturam non fore serenissimo principi gratam, quin magis ei placere, ut protestationes et modificationes,quas clerus facere et publicare intendit, notario sinodi traderentur et exhiberentur ; hinc nos, desiderio serenissimi principis acquiescentes, notariis praetactis mandavimus, ut eam nostram protestationem et modificationes scripto redactas in ipsa sinodo ad manus notarii dictae sinodi exhiberent. Unde nos notarii infrascripti universis et singulis notum facimus et attestamur, quod nos, acceptis a clero mandatis ejusmodi et eis obtemperantes, anno Domini 1618, aprilis 26[a] , in praesentia serenissimi principis in ipsa sinodo realiter exhibuimus protestationem et modificationes supratactas, ad hunc effectum a clero traditas ad manus praetacti Nicolai Braconier a Muno, notarii sinodi, cum expressa petitione, quod illa protestatio et modificationes actis sinodi insererentur, et instrumentum publicum de eo clero traderetur. Qui quidem sinodi notarius dixit et respondit illas protestationes et modificationes haberi pro insinuatis et intimatis. Quo facto,non habito super constitutionibus et decretis aliquo scrutinio, nec petito desuper patrum in ea sinodo praesentium consensu,reverendus dominus vicarius serenissimi principis conclusit

et dissolvit; contra quod, ob non servatam debitam formam nec petitum patrum consensum, quibus tamen, maxime decanis ruralibus et parochialium ecclesiarum pastoribus, nunquam dicta decreta communicata fuerunt, nos clerus supratactus protestati fuimus, declarantes per ejusmodi protestationes nostrae intentionis non fuisse nec esse impedire ea, quae ad morum reformationem et disciplinae ecclesiasticae veram observantiam, et sicubi collapsa sit, restitutionem facient; super quo solemniter protestamur. Tenores autem protestationum et aliorum omnium, quorum supra fit mentio, sequuntur et sunt tales :

Clerus secundarius Leodiensis, visa indictione sinodi per serenissimum episcopum nostrum Leodiensem Ferdinandum ad diem crastinum facta, expresse protestatus fuit et protestatur, quod per comparitionem in dicta sinodo faciendam et publicationem decretorum in eadem exprimendorum nullo modo intendit recedere a suis privilegiis et exemptionibus a diversis Pontificibus Romanis sibi concessis; in quorum possessione pacifica ab immemoriali tempore fuit et est, nec se decretis iisdem contrariis ligari velle, et potissimum, si serenissimus intendat publicatum esse vel publicare concilium Tridentinum, in quantum dictis suis exemptionibus et privilegiis praejudicet, quod, sicut hactenus nunquam acceptarunt, ita nec per praesentem acceptare intendunt, sed, omni honore et reverentia suis superioribus debitis salvis, dicta sua jura, privilegia et exemptiones sarta et tecta se velle conservare protestantur, petens hujusmodi protestationem actis dictae sinodi inseri, sibique desuper instrumentum relaxari.

Acta apud sanctum Petrum 23 aprilis 1618, praesentibus ibidem providis viris Aegidio Opplewe, et Simone Freris, testibus adhibitis.

Sic signatum : De mandato cleri secundarii Leodiensis,

Lapide, ad praemissa rogatus.

Anno a Nativitate Domini 1618, mensis aprilis die 24, hora quarta circiter post meridiem, personaliter comparentes coram reverendis, illustribus et generosis dominis, serenissimi ac reverendissimi Ferdinandi, principis et episcopi Leodiensis, ad negotium sinodi deputatis, in aedibus reverendi domini decani Leodiensis, reverendi domini decani et deputati cleri secundarii, tam intranei quam extranei, nomine totius cleri acceptarunt et acceptant declarationem hodierna die in capitulo majoris ecclesiae Leodiensis per reverendum et eximium dominum Petrum Stevartium, vicarium generalem, jussu, nomine ac in praesentia praedicti serenissimi factam, qua siquidem declaravit et declarat non esse intentionis Serenitatis Suae per hanc sinodum suis et ecclesiae suae juribus praejudicare, nec privilegiis et exemptionibus cleri sui, vel cujuscumque alterius juri; et nihilominus dicti cleri deputati, quatenus opus sit, cum omni reverentia et honore, ad majorem cautelam protestati sunt et protestantur se aliter non comparuisse, nec deinceps in hac sinodo comparere velle, nisi suis juribus, privilegiis et exemptionibus semper salvis. Quam suam protestationem et acceptationem petierunt et petunt actis praesentis sinodi inseri; quod praetacti reverendi, illustres et generosi domini annuerunt. Super quibus praetacti domini deputati cleri petierunt a me sibi dari et confici instrumenta.

Acta fuerunt haec anno, mense, die et loco, quibus supra.

Sic signatum : Nicolaus Braconier a Muno, publicus authoritate apostolica [notarius] et in archivo Romanae curiae descriptus, sigilli majoris praedicti serenissimi substitutus, necnon venerabilis curiae episcopalis Leodiensis ac hujus sinodi notarius juratus, deputatus et proclamatus.

Clerus uterque Leodiensis, qui per angustiam temporis, quod unius tantum diei [spatium] decretorum examini et discussioni clero secundario concessum est, et quo ea capitulis, decanis

ruralibus et aliis sinodi patribus communicari, et eorum suffragia desuper expeti, aut singula peritius, et, ut decuisset, examinari non obtinuerint, ideo, si aliqua in eis decretis sint, quae diversimode intelligi possint, aut aliquomodo privilegiis, exemptionibus aliisque nostris immunitatibus, consuetudinibus et statutis, directe vel indirecte, seu explicite aut implicite adversantur, petit clerus eorum interpretationem, et moderationem in aliud tempus reservari, prout sibi reservat, ac interim illorum vim suspendi; alioquin inhaeret suis protestationibus hactenus factis, prout et protestatur omni meliori modo.

Ita protestatum in aedibus illustris et reverendi domini decani Leodiensis, 26 aprilis, hora octava de mane 1618.

Sic signatum : Ex mandato cleri primarii Leodensis, GUALTERUS D'OUPEY, cleri secundarii ad praemissa notarius.

Clerus tam regularis quam saecularis, suo et omnium interesse habentium nomine, acceptavit et acceptat declarationem, quam nudius tertius, die vero 24 hujus mensis aprilis, principio inchoatae sinodi, fecit serenissimus et reverendissimus Ferdinandus, princeps et episcopus Leodiensis, per organum reverendi et eximii domini Petri Stevartii, vicarii Leodiensis, in praesentia ejusdem serenissimi in sinodo praesidentis, quod videlicet per hanc sinodum nullatenus intendat suis et ecclesiae suae juribus praejudicare, nec privilegiis et exemptionibus cleri, aut juri cujuscumque alterius; et, praevia ejusmodi declarationis acceptatione, declarat etiam dictus clerus, et cum omni reverentia et honore, se non intendisse, nec intendere ad praesentem sinodum comparere, quam salvis, ut praemittitur, juribus, privilegiis, exemptionibus, libertatibus, juridictionibus, gratiis, laudabilibus consuetudinibus et immunitatibus, et aliis praerogativis quibuscumque, et nominatim « quod juridictio ecclesiastica tam officialis Leodiensis in civilibus et criminalibus quam etiam officialis capituli, archidiaconorum,

et aliorum ecclesiasticorum in suis respective authoritate et juridictione, illarumque exercitio et possessione vel quasi persistant et manuteneantur. Quas acceptationem, declarationem, et protestationem petiit et petit clerus actis praesentis sinodi inseri.

Actum 26 aprilis 1618.

Sic signatum : De mandato utriusque cleri supratacti,
GUALTERUS D'OUPEYE, cleri primarii notarius.

Item sic : De mandato cleri secundarii Leodiensis,
LAPIDE, notarius.

Articuli propositi, excepti et reservati pro parte cleri utriusque Leodiensis ad sinodum celebratam per serenissimum principem et episcopum Ferdinandum, 26 aprilis 1618.

Circa caput primum decretorum sinodi de professione fidei praestanda coram vicario vel archidiacono, petitur extendi, quod beneficiati simplices, etiam canonici, quorum institutio seu collatio ad monasteria et capitula, praepositos vel alios ordinarios spectat, professionem emittant coram dictis ordinariis, qui jus habent conferendi vel admittendi.

In capite 2, § 3, ubi prohibetur archidiaconis instituere absque approbatione examinatorum, petitur apponi „ nisi per examinatores recusatum fuerit examen particulare „ in ecclesiis concursui non subjectis; quo casu licebit archidiaconis jure suo uti, aliis ad examen instituendum assumptis.

Ad caput 10, § 7, ubi agitur de Romano breviario introducendo, respondit clerus id ecclesiis fore nimis damnosum, atque etiam per id decedere splendori ecclesiae Leodiensis, qui per cantum et alias ceremonias accedit, intendens, per renovationem breviarii, Romano usui, quantum poterit, appropinquare.

Ad caput 12, de provisionibus ecclesiarum parochialium, intendit clerus, quod, ubi vicariae sunt perpetuae, illarum vacatione occurrente, praesentatio personae idoneae ad se per-

tineat, petens nihilominus dicti articuli contenta quoad parochiales ecclesias per concordata decidi.

Ad caput 13, § 2, regulares praelati intendunt servare formulas visitationum sibi in suis capitulis generalibus juxta sua statuta ordinatas. Ad idem caput, § 3, clerus hunc articulum, suis exemptionibus et privilegiis salvis, non potest admittere.

Ad cap. 14, quod est ultimum, quo agitur de observandis concilii decretis, si publicetur, declarat clerus Leodiensis, tam regularis quam saecularis, quod, si aliqua publicatio concilii Tridentini facta fuerit, non aliter facta sit, quam salvis suis exemptionibus, libertatibus et privilegiis, et punctis aliis diversis, prout etiam aliter acceptatum non fuit, nec in illis et aliis compluribus fuisse usu receptum, prout declarat se non aliter acceptare.

Sic signatum : Ad mandatum cleri primarii Leodiensis,

GUALTERUS D'OUPEYE, notarius.

Item : De mandato reverendorum dominorum meorum supratactorum,

LAPIDE, notarius.

In quorum omnium et singulorum fidem, robur et testimonium, praesentes exinde fieri et sigillis nostris muniri mandamus.

Et nos notarii infrascripti, quoad ea, quae nos tangunt et quae coram nobis, ut praefertur, gesta sunt, subsignamus in fidem eorumdem.

Sic signatum : Ad mandatum cleri primarii,

GUALTERUS D'OUPEYE, notarius.

Et deinde sic : JOANNES A LAPIDE, cleri secundarii et curiae spiritualis Leodiensis notarius, ad praemissa rogatus et requisitus.

II.

Appellatio utriusque cleri Leodiensis a decretis sinodi de anno 1618 *praejudicialibus, et in quantum sunt contraria exemptionibus et privilegiis dicti cleri.*

In nomine Domini. Amen. Tenore praesentis publici instrumenti cunctis pateat et sit notum, quod anno a Nativitate ejusdem Domini 1621, indictione quarta, mensis vero septembris die ultima, pontificatus sanctissimi domini nostri Gregorii divina Providentia papae ejus nominis XV anno primo, coram reverendo domino Ogero Lonchino, abbate monasterii sancti Laurentii, prope et extra muros civitatis Leodiensis siti, tanquam egregia persona, in mei notarii publici testiumque infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum praesentia, personaliter constitutus providus vir Joannes Goesin, illustris cleri tam primarii quam secundarii civitatis et dioecesis Leodiensis sindicus sive procurator, de quibus qualitatibus per exhibitionem publici instrumenti fidem fecit, eoque nomine habens et tenens in suis manibus quamdam appellationis scedulam, animo et intentione dicendi nullam, saltem in passibus gravantibus, novissimam dioecesanam Leodiensem sinodum, in anno 1618, 24ª et 26ª aprilis ejusdem anni 1618, prout praetenditur, lectam et publicatam sive saltem ejusdem praetensae sinodi decreta praejudicialia, de nullitate impugnandi, et, [si] sint aliqua, ab iisdem ad serenissimum dominum nostrum papam, illiusque sanctam Sedem Apostolicam appellandi et provocandi, appellavit et provocavit, aliaque fecit, prout in scedula, cujus tenor sequitur, latius continetur.

Ego Joannes Goesin, sindicus sive procurator illustris cleri tam primarii quam secundarii civitatis et dioecesis Leodiensis, eoque nomine coram te, reverende domine, teque notario et testibus adstantibus gravi cum querela propono et dico :

Primo : quod ad celebrandum sinodum per sacros canones certa sit praescripta forma, tam in convocatione, sessione, rogatione, conclusione, lectura, publicatione et aliis, sine quorum observatione praetensa decreta sinodalia corruunt et ipso jure nulla sunt;

Secundo : signanter autem fieri debet super constitutionibus et decretis ferendis solemne scrutinium ;

Tertio : peti debet insuper patrum in ea sinodo praesentium consensus, antequam concludatur sive dissolvatur ;

Quarto : debet etiam legitimum temporis intervallum intercedere, ut quilibet cum maturo consilio possit sacras constitutiones examinare.

Quinto : quod haec omnia et alia multa in jam dicta praetensa sinodo fuerunt omissa et aliqua nimium praecipitata ;

Sexto : sic quod ipso jure corruat et sit ex omni capite plane nulla.

Septimo : si tamen esset aliqua, quod non creditur, gravantur domini mei multis nominibus et capitibus appellabilibus, et continuum gravamen irreparabile inferentibus sive definitivae vim habentibus.

Octavo : nam in facto verum est praefatos dominos meos principales jam ab annis tercentum plus minus ab omni juridictione ordinaria fuisse et adhuc esse exemptos, et soli Romano Pontifici immediate subjectos.

Nono : laudabilis haec exemptio ipsis sarta tecta mansit, etiam post praetensam concilii Tridentini publicationem.

Decimo : imo, quatenus opus sit, probabitur eamdem exemptionem per Apostolicae Sedis legatum legitime fuisse reservatam, et secundum illam saepe in contradictorio judicatum, non obstante tali quali praetensa concilii Tridentini publicatione.

Undecimo : gravantur ob hoc domini mei per dictam praetensam sinodum, dum statim ab initio decernitur de dignitatibus, sive saecularibus sive regularibus, aut canonicatibus

provisos fructus suos non facere, nec illis possessionem suffragari, nisi coram vicario episcopi Leodiensis generali fidei professionem faciant ;

Duodecimo : cum hoc non coram vicario generali, cui non subsunt, sed coram decano et capitulo aliisque, qui jus in possessionem mittendi habent, fieri soleat, et etiam juxta laudabilem ecclesiae Leodiensis consuetudinem fieri debeat.

Decimo tertio : imo ipsummet concilium Tridentinum, quod hoc praetensum sinodale decretum authorem nominat, in hoc puncto vicario generali nullam authoritatem tribuit[1].

Decimo quarto : gravantur etiam in illo domini mei, quod in eadem praetensa sinodo, sub titulo I, cap. 9, generaliter vult haereticae pravitatis inquisitores, quibus nulla in his partibus competit juridictio, et qui nullam in exemptos authoritatem habent, quoquo modo vel sub cujusvis privilegii praetextu in exercitio officii sui non impediri.

Decimo quinto : nam, si contingeret (quod Deus avertat) aliquem exemptorum haereticum esse vel imposterum fieri, deve haeresi vel majoribus etiam criminibus suspectum reddi, praetendunt domini mei etiam in illo casu juridictionem ordinariam vel inquisitorum haereticae pravitatis authoritatem non admittere, et, si quid in contrarium fiat, conservatorum suorum et officium, prout hactenus semper observatum fuit, implorare, ac authoritate apostolica quod juris et rationis expediri.

Decimo sexto : gravantur etiam in illo domini mei, quod sub dicto praetensae sinodi titulo 2, cap. 1, statuitur archidiaconos non posse suorum archidiaconatuum emolumenta arrendare, subarrendare, vel elocare, cum hoc sit contra sacros canones,

1) Contrairement à ce qu'on affirme ici, le concile de Trente dit expressément : « Provisi de canonicatibus et dignitatibus in ecclesiis cathedralibus, non solum coram episcopo *seu ejus officiali*, sed etiam in capitulo idem facere teneantur : id est orthodoxae fidei publicam facere professionem. » Conferatur bulla Pii IV data idibus novembris 1564.

et antiqua ecclesiae Leodiensis statuta, mores et consuetudines immemoriales, contraque libertatem ecclesiasticam, et, si tale quid simile foret statuendum, ipsimet statutum desuper condent.

Decimo septimo : ipsummet etiam concilium Tridentinum in praetensa sinodo marginaliter citatum, sessione videlicet 25, *De Reformatione*, cap. 11, nil tale quid statuit, sed tantum vult ecclesiarum bona in successorum praejudicium repraesentata pecunia non locari, vel ad longum tempus locationem fieri, non adimens archidiaconis potestatem locandi vel arrendandi fructus et emolumenta jurisdictionis, quam habent in temporalibus, minus proventus temporales.

Decimo octavo : multum etiam gravantur domini mei, quod eadem praetensa sinodus sub eodem titulo 2, cap. 3, et tit. 4, cap. 1, statuit archidiaconos neminem in beneficiis curatis instituere posse, nisi sit ab ordinario et examinatoribus sinodalibus examinatus, ac insimul per vicarium approbatus ;

Decimo nono : quod repugnat notoriis cleri privilegiis et antiquissimis consuetudinibus, desuper pendent multae praejudiciales lites, tam in Romana curia quam alibi ;

Vigesimo : aufertque praetensum hoc sinodale statutum, contra clarum concordatorum nationis Germaniae textum, collatoribus ordinariis libere de quibuscumque beneficiis ad ipsorum collationem spectantibus disponendi facultatem.

Vigesimo primo : gravantur etiam in illo domini mei, quod contra privilegia et antiquas ecclesiae Leodiensis consuetudines per eandem praetensam sinodum, sub tit. 3, cap. 3, decanis ruralibus adimatur potestas bannos matrimoniales sive publicas de futuro inter tales matrimonio denuntiationes remittendi vel distribuendi,

Vigesimo secundo : cum ipsummet concilium Tridentinum patiatur quemlibet pastorem sive parochialis ecclesiae rectorem pro matrimonii subsistentia, nullis etiam praeviis denuntiationibus, non solum matrimonium solemnisare, sed etiam

alteri sacerdoti solemnisationem committere, vel in illam consentire.

Vigesimo tertio : gravantur etiam in illo domini mei, quod eadem praetensa sinodus, sub tit. 3, cap. 4, vult eosdem decanos rurales, si quando necessitate inevitabili praepediantur personaliter assistere sacrorum oleorum consecrationi, delationi et distributioni, privative tunc de hujusmodi necessitate apud dominum vicarium fidem fieri debere,

Vigesimo quarto : cum hoc hactenus semper fieri potuerit apud praedictos dominos archidiaconos, qui suis in archidiaconatibus juridictionem habent ordinariam tam in laicos quam in clericos, et in juridictionalibus concurrunt cum serenissimo principe et episcopo Leodiensi juxta statuta sinodalia per Sanctam Sedem confirmata.

Vigesimo quinto : gravantur etiam in eo domini mei, quod in eadem praetensa sinodo per serenissimum principem et episcopum Leodiensem, sub tit. 5, cap. 1, designati fuerunt pro judicibus apostolicis personae ibidem descriptae, cum hoc non ad episcopum, sed etiam ad patres sinodi spectet; et hac ratione exclusi fuerunt nonnulli praecipui hujus civitatis Leodiensis praelati et abbates; et quod in ea primo loco nominetur dominus suffraganeus, et post eum dominus vicarius, postpositis domino praeposito, decano et aliis praelatis in dignitate constitutis.

Vigesimo sexto : gravantur etiam in illo domini mei, quod sub tit. 5, *De judic. apostolicis*, cap. 1 in fine, decernitur quascumque delegationes, etiam a sanctissimo vel per sanctam Sedem Apostolicam factas, subreptitias esse censendas, si fiant aliis quam personis in eodem capite denominatis, cum per hoc decretum non solum abbates excludantur, verum etiam omnes prothonotarii apostolici, commissionum apostolicarum alioquin capaces.

Vigesimo septimo : gravantur etiam in illo, quod sub tit. 8, cap. 4, promiscue volunt omnes ordinandos parochum suum

adire et curare denuntiationes publicas fieri, si quid contra natales, aetatem, etc. habeant, cum hoc quoad exemptos locum habere non debeat, nec sit practicabile, cum alibi non servetur.

Vigesimo octavo : gravantur etiam in eo domini mei, quod per eandem praetensam sinodum, sub tit. 12, cap. 1, concursum ad ecclesias parochiales, et verisimiliter etiam ad vicarias perpetuas, introducere conatur,

Vigesimo nono : cum hoc ex diametro pugnet cum praedictis nationis Germaniae concordatis, et laudabilibus ac inveteratis ecclesiae Leodiensis consuetudinibus,

Trigesimo : cum etiam desuper pendeant plures lites praejudiciales, tam in Romana curia quam alibi.

Trigesimo primo : gravantur etiam domini mei in eo, quod in eadem praetensa sinodo, sub tit. 12, cap. 2, permittitur dumtaxat archidiaconis, ut quoties parochialis aliqua sui respective districtus vacaverit, possint praetacto examini ad eam faciendo interesse, ad quem effectum deputantur, si modo juramentum ibidem tactum praestiterint; cum tamen ex statutis sinodalibus antiquis per sanctam Sedem confirmatis constet, quod examen promovendorum spectet ad archidiaconos.

Trigesimo secundo : multum etiam gravantur domini mei, quod eadem praetensa sinodus sub tit. 13, cap. 2, det authoritatem vicario generali curandi, ut superiores monasteriorum ordinum exemptorum, etiamsi in eis vigeat regularis observantia, quotannis ea visitent et abusus reforment, et, si per vicarium admoniti correctionem et visitationem per sex menses differant, quod tunc ipse vicarius eorum negligentiam suppleat ;

Trigesimo tertio : superiores enim monasteriorum exemptorum praetendunt servare formulas visitationum ipsis in capitulis generalibus praescriptas ;

Trigesimo quarto, ipsummet etiam concilium Tridentinum,

sess. 21, *de reformatione*, cap. 8 sub finem, per sinodum, prout videtur, laudatum, sed non sine causa subticitum, non dat illam vicario potestatem,

Trigesimo quinto : sed tantum vult infra sex menses alternative vel correctionem vel visitationem fieri, cum praetensum hoc sinodale statutum conjunctim utrumque requirat, et visitationem et abusuum reformationem.

Trigesimo sexto : omnium autem maxime gravantur domini mei, quod eadem praetensa sinodus, sub eodem tit. 13, cap. 3, vult dictum dominum vicarium generalem, tanquam serenissimi principis et episcopi Leodiensis subdelegatum, in casibus ipsi domino episcopo authoritate apostolica et vigore concilii Tridentini specialiter commissis et delegatis diligenter procedere;

Trigesimo septimo : nam praeter quod hanc subdelegationem in illis casibus de jure fieri posse non admitto, articulus iste [opponitur] ex diametro privilegiis et exemptionibus dominorum meorum, tanto sumptu et labore partis, tanto sudore et sanguine per tot centenos annos inviolabiliter conservatis, et ipsis etiam, prout in praetensa concilii Tridentini publicatione, reservatis.

Trigesimo octavo : gravantur etiam in illo, quod serenissimi principis declaratio, qua clare declaravit se vel in minimo privilegiis cleri derogare non intendere, omissa fuerit.

Trigesimo nono : prout etiam per impressorem omissa fuit in impressione dicti cleri solemnis protestatio, non obstante promissa.

Quadragesimo : prout et in aliis locis multis deducendis.

Hinc igitur est, quod ego Joannes Goesin, nomine quo supra dicto, praedicta omnia aliaque decreta dictae praetensae sinodi, quae dominos meos in aliquo possent offendere, vel ipsorum privilegiis, immunitatibus et exemptionibus et praerogativis aliquod praejudicium facere, plane nulla, irrita et inania, nulliusque roboris et momenti, vel si sint aliqua, quod non credo, ab iisdem omnibus et singulis latius imposterum,

quatenus opus est, specificandis, gravamen appellabile et continuum ex causis gravamina de praesenti et quotidiana inferentibus, latius etiam, quatenus opus sit, exprimendis, his in scriptis ad sanctissimum dominum nostrum papam (nullitatis dictione semper salva) provocem et appellem, petens apostolos primo, secundo, tertio, instanter, instantius, instantissime, ad omne minus testimoniales, protestans de praesentem nullitatis dictionem et eventualem appellationem prosequendo, aliamve vel alias proponendi, et respective interponendi, salvo jure addendi etc.; petens dictus Goesin, sindicus sive procurator qui supra, per reverendum abbatem praefatum super praefata sua appellatione epistolas dimissoriales seu saltem apostolos testimoniales instantius, instantissime dari. Cui dictus reverendus dominus abbas apostolos testimoniales petitos tales, quales de jure potest, dedit et annuit.

Super quibus omnibus et singulis, praefatus Joannes Goesin dicto nomine sibi a me notario infrascripto unum vel plura publicum vel publica fieri petiit instrumentum et instrumenta.

Acta fuerunt haec in monasterio sancti Laurentii praefato, praesentibus ibidem Michaële de Tiernesse et Aegidio Frankinet, testibus rogatis.

Les abbayes de Stavelot et de Malmédy a l'époque de leur suppression, par J. DARIS, professeur au séminaire de Liége.

§ 1. — *Les deux abbayes.*

Célestin Thys fut élu abbé, le 4 janvier 1787, par 32 suffrages sur 46 votants.

En 1798, il vivait encore 48 des derniers religieux. C'étaient : Antoine Dethier, prieur de Stavelot, Joseph Collin, Ernest Lambert, Martin Charlier, Ambroise Mols, Paul Dresse, Hubert Bottar, Grégoire Sauveur, Gérard d'Arlon, Remacle Jacob, Pierre Dumoulin, Lambert Lombart, Théodard Vincent, François Waseige, Dieudonné Marly, Nicolas Closset, Célestin De Bouni, Antoine Bouxhat, Benoît Dochain, Jacques Winandy, Henri Malacord, Placide Fraipont, Charles De Beurre, du monastère de Stavelot. Placide Decouve, prieur de Malmédy, Henri Cavans, jubilaire, Antoine Doutrelepont, jubilaire, Émilien Soumagne, Bernard Cornill, Augustin Godfroy, Mathias Claude, Remacle Miessen, Benoît Seivart, Pierre Wintgens, Maur de Mathelin, Louis Bethune, Juste Lekeu, Célestin Lejeune, Sigebert Faber, Charles Gavé, Ambroise Hartman, Alexandre Chapelle, Paul Dumont, François Xhardé, Nicolas Brasseur, Placide Dewaide, Joseph De Loneux, Jacques Sotré, Dieudonné Michel, du monastère de Malmédy.

§ 2. — *La principauté et ses Trois-États.*

La principauté de Stavelot, dont l'abbé était le prince, était divisée en trois parties : la postellerie de Stavelot, celle de Malmédy, et le comté de Logne.

La postellerie de Stavelot comprenait les quatorze communautés suivantes : Stavelot, Roanne, Wanne, Rahier, Chevron,

Fosse, Bodeux, Bra, Lierneux, Stoumont, Chauveheid, Ottré, Hébronval et Odeigne.

La postellerie de Malmédy était composée de Malmédy, Weismes et Francorchamps.

Le comté de Logne, divisé en quatre quartiers, comprenait les communautés de Hamoir, Ferrières, Filot, Sy, Logne, Vieux-ville, Lorcé; Ocquier, Hody, Xhoris, Pouhons, Jenneret, Attrin; Comblain, Fairon, Poulseur-sous-Renostein, Poulseur-sous-Rahier, Sart; Louvegniex, Fraipont.

Il y avait en outre, depuis 1768, les seigneuries d'Anthines et de Vien en Condroz.

La population était environ de 20,000 habitants.

Les États de la principauté étaient composés des deux prieurs de Stavelot et de Malmédy, des seigneurs dits gentilshommes, des maieurs tant héréditaires que commissionnés, de deux échevins de chacune des hautes cours de Stavelot et de Malmédy, des bourgmestres de ces deux villes et des délégués des autres communautés du pays[1]. Les mairies ou offices héréditaires étaient ceux de Roanne, de Stoumont, de Rahier, de Bodeux, de Chevron, de Wanne, de Xhoris.

Le prince-abbé réunissait, chaque année, ses États et leur proposait les dépenses qu'il avait à faire pour le gouvernement de la principauté. Les communautés d'Anthines et de Vien devaient y intervenir pour un 33e; la postellerie de Stavelot pour les 5/12, celle de Malmédy pour un quart et le comté de Logne pour un tiers du reste. Les chefs de chaque postellerie et ceux du comté de Logne répartissaient sur les communautés de leur district, la part contributive de chacune; et dans chaque communauté cette part était fournie soit au moyen d'une contribution foncière, soit au moyen d'une taxe sur le revenu présumé des habitants.

Les États étaient au nombre de trois. Les gentilshommes,

[1]) Voyez De Noue, *Études historiques sur Stavelot*, p. 330.

officiers et députés de chaque postellerie formaient un État. Il en était de même de ceux du comté de Logne avec ceux d'Anthines et de Vien.

C'était aussi dans l'assemblée des Trois-États que se vérifiaient les comptes des dépenses.

§ 3. — *L'assemblée générale des États tenue le* 11 *juin* 1793.

Les États réunis par le prince-abbé votèrent les dépenses suivantes :

	Florins.
Pour donatif à Son Altesse, en suite de la sentence de Sa Majesté Impériale du 17 juin 1726	8,000
A M. le baron de Karg de Bebenbourg, plénipotentiaire de Son Altesse à la diète de Ratisbonne,	450
Pour « ziels et termines » à la chambre impériale de Wetzlar	661
Pour les officiers civils et militaires du cercle de Westphalie . . , ...	112
Pour le messager de Son Altesse sur Verviers	80
Pour l'entretien militaire, c'est-à-dire des troupes de la principauté	6,000
A la communauté de Stavelot pour tailles réelles de messieurs les conseillers	42
A celle de Malmédy pour même tailles . .	33
A celle de Roanne pour même sujet	25
A la haute cour de Stavelot pour droits dans des poursuites criminelles contre... et pour recharges à	294
A l'officier et haute cour de Malmédy pour droits d'enquêtes et poursuites criminelles contre . .	92
A l'officier et cour de Weisme pour visite du cadavre d'un étranger	23
Au ci-devant officier de Louveigné pour poursuites criminelles contre	170

A la cour pour mêmes poursuites	573
Au même officier de Louveigné pour poursuites contre	55
A la cour pour même sujet	364
A l'officier et cour de Chevron pour poursuites contre	208
On répartit, pour le contingent militaire du cercle, éventuellement	20,000
Au secrétaire pour gage	50
Au haut-sergent pour gage	8
La somme totale du présent répartiment porte	37,245
Au regard de laquelle somme Anthine et Vien payeront, à raison du 33e	1,128
La postellerie de Stavelot payera	14,752
Celle de Malmédy	8,851
Le comté de Logne	11,801

Tel est le budget des dépenses ordinaires de la principauté.

Les troupes françaises avaient occupé la principauté du 10 décembre 1792 au 3 mars 1793, puis les troupes autrichiennes pendant quelques jours. Les habitants avaient dû leur fournir le logement et la nourriture, ainsi que le fourrage pour leurs chevaux. L'assemblée générale résolut de les dédommager de ces fournitures, après due vérification ; « en attendant ces opérations, messieurs de cette assemblée ont résolu de passer provisionellement 95,000 florins, pour être distribués aux différentes communautés suivant les tableaux remis et vérifiés. »

	Florins.
Anthines et Vien y contribueront pour . . .	2,878
La postellerie de Stavelot pour	38,383
Celle de Malmédy pour	23,030
Le comté de Logne pour	30,707

La ville de Stavelot produisit un état de dépenses faites aux troupes françaises et autrichiennes, ainsi qu'aux émigrés, montant à . . 40,958

La ville de Malmédy produisit un état montant à 53,869

Les autres communautés produisirent aussi leurs états ; de sorte que la somme des dépenses faites montait à 120,970

§ 4. — *Le budget des dépenses arrêté dans l'assemblée du* 13 *mai* 1794.

Les six premiers articles de ce budget sont les mêmes que dans le précédent. Viennent ensuite :

	Florins.
A la communauté de Stavelot pour tailles de ses conseillers	85
A la communauté de Malmédy pour même sujet	76
A la communauté de Roanne pour même sujet	25
A la haute cour de Malmédy pour droits dans des poursuites	210
A l'officier d'Odeige pour frais dans des poursuites contre	125
A l'officier et cour d'Anthines	222
Au procureur de Remouchamps	80
A l'officier héréditaire et cour de Hamoir .	195
Les états dans la cause de Germain Gilles contre la veuve Ghys pour autant qu'ils sont relatifs au maintien de la juridiction contre les entreprises de l'official de Liége	654
A l'officier et cour de Chevron pour frais dans la cause de	76

Suivent encore quelques frais d'administration.

La somme totale du budget ordinaire des dépenses monte à 18,536

Des 20,000 florins accordés l'année précédente pour le

contingent militaire du cercle de Westphalie, on n'avait payé à ce cercle que les deux sommes de 4,364 et 2,000 florins.

Il fallait encore une somme de 25,970 florins pour indemniser les habitants de fournitures faites aux Français et aux Autrichiens en 1792 et 1793.

L'assemblée accorda pour le contingent militaire la somme de 40,000 florins.

« Comme il est de justice et d'équité que messieurs les exempts contribuent aux dépenses extraordinaires que l'empire est obligé de faire dans la présente guerre, Son Altesse est supplié d'interposer son autorité à cet égard, députant monsieur le baron de Selys de Fanson, podestat et châtelain, comme président, messieurs Du Pierry et Massange, échevins, pour la postellerie de Stavelot, messieurs Drèze et Dumet pour celle de Malmédy, messieurs Dethier, de Grimonster et De Gomzé pour le comté de Logne, à l'effet d'aviser le *quantum* et en procurer l'acquittement. »

§ 5. — *La postellerie de Stavelot le* 15 *mai* 1794.

La postellerie de Stavelot, outre sa part dans les dépenses générales de la principauté, avait encore ses dépenses et charges particulières.

Les gentilshommes, officiers et députés de la postellerie se réunirent, le 15 mai 1794, et fixèrent le budget des dépenses :

	Florins.
Quote-part dans les dépenses ordinaires de la principauté	7,489
Aux RR. PP. Capucins par charité . . .	150
Au secrétaire pour son gage	40
Au haut-sergent pour son gage	4
Au même d'après son état	57
Au magistrat de Stavelot d'après le récès du 14 mai 1783	300
Au mayeur Malacord d'après son état . .	272

Suivent les arrérages de plusieurs rentes.

La somme totale des dépenses monte à . . 14,141

La quote-part dans les 40,000 passés pour le contingent militaire monte à 16,666

La quote-part dans la somme de 25,970 pour indemnités de fournitures faites aux Français monte à 10,493

Toutes ces sommes devaient être fournies par les quatorze communautés de la postellerie, dans la proportion de leur population ou de leur importance.

Le même ordre de choses existait dans la postellerie de Stavelot et au comité de Logne.

§ 6. — *Émigration des religieux et suppression des abbayes.*

Au mois de septembre 1794, les religieux, à l'approche des Français, émigrèrent ne laissant que les domestiques dans les deux abbayes. « Les Français s'emparèrent de toute la moisson qu'on venait d'engranger et de quantité de bêtes à cornes qui y étaient restées ; les domestiques furent dispersés ; les bâtiments des deux monastères furent employés à tout ce que les Français ou les municipalités établies par eux jugèrent à propos. L'an 1795, les municipalités de Stavelot et de Malmédy se prêtèrent au retour des religieux en expédiant les passes nécessaires à ceux qui en avaient besoin. Ils rentrèrent presque tous au mois d'août et furent réintégrés dans leurs biens, ou plutôt dans une partie d'iceux, car ils se trouvèrent tellement circonscrits à cet égard qu'ils avaient peine à subsister, bien loin de pouvoir payer les taxes tant municipales que militaires dont ils furent frappés ensuite. Les religieux de Stavelot ne furent pas même remis en possession de leur maison qui servait d'hôpital aux troupes. » *Lettre de Soumagne,* du 1 décembre 1797.

La loi du 1 septembre 1796, qui supprima les couvents dans notre pays, fut exécutée à l'égard des abbayes de Stavelot

et Malmédy au mois de février 1797. Les religieux, qui refusèrent tous d'accepter le *bon* du gouvernement, durent sortir de leur monastère pendant ce mois.

Ceux qui étaient restés dans le pays, refusèrent de faire la *déclaration* au mois de mai et de prêter le *serment de haine* au mois d'octobre 1797. Ils furent condamnés à la déportation, au mois de novembre 1798, et cinq d'entre eux furent déportés à l'île d'Oléron, savoir Brasseur, Claude, Chapelle, Loneux et Mathelin.

Le gouvernement vendit, le 29 août 1798, l'abbaye de Stavelot avec un enclos de quatre bonniers, pour 100,000 fr. à Ant. Lemaire et J. F. Herman.

L'église de l'abbaye de Malmédy avec un enclos de 21 verges fut vendue, le 7 mars 1798, à Henri Steinbach, pour 301,000 livres. C'est aujourd'hui l'église paroissiale.

L'abbé Célestin Thys mourut, dans l'émigration, à Hanau le 15 décembre 1796.

§ 7. — *Le congrès de Rastadt.*

Pendant la guerre entre la république française et l'empire d'Allemagne, les deux parties convinrent des préliminaires de la paix à Leoben, le 18 avril 1797, et du traité définitif de paix à Campo-Formio, le 17 octobre suivant. L'exécution de la paix devait être réglée dans un congrès ultérieur.

Le congrès se réunit à Rastadt vers la fin de l'année 1797. La république y envoya trois ambassadeurs. Tous les princes de l'empire s'y firent également représenter. Le prince-évêque de Liége, comte de Méan, y députa son propre frère César, comte de Méan, et le baron d'Othée.

Il était de l'intérêt des religieux de Stavelot et de Malmédy de s'y faire également représenter. Émile Soumagne, qui résidait à Hanau, après avoir obtenu le consentement de ses confrères, pria le baron d'Othée de vouloir bien soigner les intérêts des deux abbayes, et il lui envoya à cet effet des instructions et un

plein pouvoir (1 déc. 1797). Il avait également écrit, peu de jours auparavant, au baron de Leikam, leur envoyé à Ratisbonne, pour le prier de recommander les intérêts des deux abbayes au comte de Metternich, ambassadeur de Sa Majesté impériale au congrès.

Dans les instructions envoyées au baron d'Othée se trouvent plusieurs renseignements historiques. « Depuis le mois de février dernier, y lit-on, plusieurs usines et biens appartenant aux deux chapitres ont été vendus par les agens français qui en ont perçu le produit... Les deux chapitres n'étaient pas riches; Stavelot jouissait à peine de 15,000 florins d'Allemagne[1] de revenus, et Malmédy de 12,000 ; chaque chapitre se trouve composé de 20 à 25 membres... Le chapitre de Malmédy se trouvait déjà obéré, avant l'arrivée des troupes françaises, d'environ 70,000 florins d'Allemagne; mais il paraît que, par le bon soin des bourgeois, l'église et le monastère sont restés jusqu'à cette heure en assez bon état. Celui de Stavelot n'était pas à beaucoup près si chargé, mais il a, pendant toute cette guerre, beaucoup souffert, particulièrement dans ses bois qui étaient considérables. L'église qui était comme une cathédrale, et le monastère qui était nouvellement bâti et superbe, se trouvent actuellement réduits dans le plus triste état : cloches, orgues, jubé, autels, fers, plombs, bois de charpente etc., tout a été arraché ; il ne reste plus que les murailles... Le prince n'avait rien perçu de ses revenus qu'on peut évaluer de 12 à 15 mille florins, depuis sa retraite, qui eut lieu au mois de juillet 1794; comme une partie de ses revenus provient de la recette de Hesbaye, ce serait matière à réclamation d'indemnité, si cette contrée, située au delà de la Meuse, venait à être cédée aux Français. Le prince et les deux chapitres possèdent également cinq à six cents muids d'avoine ou grains en dîmes dans les pays de Limbourg et Luxembourg et quelque partie de bois. »

[1]) Un florin d'Allemagne valait environ, 2,45 fr.

Le prince-évêque de Liége, qui se trouvait à Ettlingen, autorisa le baron d'Othée à se charger des affaires des deux abbayes. Celui-ci en informa Soumagne le 10 décembre, et lui écrivit en même temps : „ Je joins ici un modèle de pleins pouvoirs dans la forme adoptée par l'empire pour ce congrès. Nous avons dû aussi, pour Liége, abandonner l'ancienne forme et nous conformer à celle-ci. On n'y veut pas, ou du moins on n'y aime pas le titre de *legatus* qui a autrefois donné des sujets de dispute entre plusieurs princes de l'empire et surtout entre les électeurs et les princes. Et, comme dans les instructions générales de l'empire pour ce congrès, on s'y est servi du mot *abgeordnete, envoyé,* il ne convient pas de donner d'autre titre que *ablegatus,* pour se conformer aux désirs des états de l'empire qui sont d'éloigner dans ce congrès toutes les anciennes prétentions réciproques, en laissant chacun sur son droit... Il ne s'est encore rien fait ici qui regarde le fond des négociations ; et probablement elle ne seront pas bien actives de sitôt. La députation générale de l'Empire a seulement pu commencer hier ses séances... „

Soumagne répondit, le 15 décembre, au baron d'Othée et le remercia avec effusion : „ Qui sait, ajouta-t-il, quel sort nous attend encore. La retraite totale des Autrichiens ; cette manie opiniâtre de vouloir révolutionner la rive gauche du Rhin ; ce qui se passe actuellement du côté de Mayence ; tout cela me paraît bien de mauvais augure tant pour l'empire en général que pour nos pays en particulier. Les négociations qui vont avoir lieu dans le congrès ne tarderont pas peut-être de nous éclairer. „ Dans une lettre du 20 décembre, il lui dit encore : „ Je crains que Bonaparte, qu'on attend à Rastadt, n'y apporte des conditions un peu dures ; la conduite des Français envers Mayence n'en est du moins pas un fort avantageux prélude. „

Les religieux qui se trouvaient dispersés dans notre pays envoyèrent des pleins pouvoirs rédigés en due forme au ba-

ron d'Othée et se recommandèrent à la protection du comte de Metternich.

La conduite des Français inspirait de vives inquiétudes à Soumagne, qui en fit part au baron d'Othée, le 28 janvier 1798 : « Dans l'état où les choses en sont à notre égard, nous n'avons véritablement plus de salut à espérer que dans les mesures vigoureuses que peut encore employer Sa Majesté impériale conjointement avec ses alliés ; mais entretemps voilà que la forteresse d'Ehrenbreitstein vient aussi d'être forcée à la fin de succomber. Les exactions des Français sur cette rive ne discontinuent pas. Quelle révoltante manière d'observer un armistice et des négociations de paix ! La Prusse paraît demeurer immobile. Et toute l'Allemagne ne vole pas aux armes ! D'un autre côté les affaires de Naples sont en désordre. Tout cela présente de rechef un bien mauvais coup d'œil. »

Le baron d'Othée fut agréé par la députation de l'empire, en qualité d'envoyé particulier des deux abbayes (18 janvier 1798) et le comte de Metternich se montra assez favorable aux religieux. Les ministres français exigèrent la cession de la rive gauche du Rhin à la République et la députation de l'empire dut céder. Dès lors, il ne restait plus aux religieux des deux abbayes que de demander une indemnité. Le baron d'Othée demanda, à cet effet, des renseignements à Soumagne. Ce religieux parvint à lui fournir les tableaux des revenus et de la valeur des biens des deux abbayes. Le 18 août, il lui écrivit encore : « Vous êtes sans doute bien ennuyé du séjour de Rastadt, surtout depuis que le prince et monsieur le comte de Méan s'en sont éloignés... Nous voici, je crois, arrivé tout-à-coup presque au terme de cette longue et embarassante négociation. La dernière note des plénipotentiaires français est du moins fort précise et tranchante à cet égard, et ils n'en usent pas ainsi, sans doute, sans un ordre supérieur ; accordera-t-on donc tout ou aurons-nous la guerre ? Mais où sont nos forces pour la faire ? Quelle malheureuse situation !

Entretemps l'armée française se renforce et menace déjà d'une nouvelle invasion. J'avais espéré jusqu'à cette heure que l'article du transport des dettes affectées sur les pays cédés sur cette rive n'aurait pas lieu, mais il faudra bien sans doute à présent que la députation y passe et l'agrée, quelqu'embarrassant qu'il soit. "

